

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

Pars Hiemalis - St. Blasien 20

Gerbert, Martin

[St. Blasien], [um 1774 - 1777]

De tempore

[urn:nbn:de:bsz:31-48925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48925)

Proprium
de Tempore.
Pars hyemalis.

Sabbato

Ante Dominicam primam adventus.

Ad vesperas.

Lectio Jer. 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et
suscitabo David germen justum: et
regnabit rex, et sapiens erit; et faciet
judicium et justitiam in terra.

R. G. Ostende nobis Domine * miseri-
cordiam tuam: Repet. ostende.

V. Et salutare tuum da nobis. * miseric.

G. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui
Sancto. Repet. R. usque ad V.

Sic semper dicuntur responsoria brevia
in vespere et matutinis, nisi aliter
notetur.

Hymnus Amb.

ex correcto Rom. et Clun.

1. Creator alme siderum,
Aeterna lux credentium: *
Jesu redemptor omnium,
Intende votis supplicium.

2. Qui demonis ne fraudibus
Beriet orbis, * impetu
Aetuis amoris, languidi
Mundi medela factus es.



3. Commune qui mundi nefas
 Ut expiaret, * ad crucem
 Et virginis sacrario
 Intacta prodis victima.

4. Cuius potestas gloria,
 Nomenque cum primum sonat, *
 Et coelites et inferi
 Curvant trementes genua.

5. Te deprecamur ultimo
 Magnum diei iudicem, *
 Armis superna gratia
 Defende nos ab hostibus.

6. Virtus, honor, laus, gloria
 Deo Patri cum Filio: *
 Sancto simul cum Spiritu,
 In seculorum secula. amen.

V. Excita, Domine, potentiam tuam,
 et veni:

Rx. Ut saluos facias nos. Ps. 79.

ad Magnificat antiph.

Ece nomen Domini venit de longin-
 quo: * et audiam faciet Dominus
 gloriam vocis sue. Ps. 30.

Deinde Superior Kyrie eleison. Chor.

Christe eleison. Sup. Kyrie eleison.

et clara voce Pater noster. totum

Decantando. V. Et ne nos inducas in

tentationem. Chor. Rx. Sed libera nos

a malo.

Hebdomadarius pergit: Dominus vobiscum.

Chor. Rx. Et cum Spiritu tuo.

Hebdomad. Oremus.

quod dicitur ante omnes orationes in officio.

5.
oratio Sacram. Greg.

Excita quo sumus, Domine, potentiam
tuam et veni: ut ab imminentibus
peccatorum nostrorum periculis te
mereamur protegente eripi; te liberante
salvari: Qui vivis et regnas cum Deo
Patre in unitate Spiritus sancti Deus:
per omnia secula seculorum. R. Amen.

Deinde fiunt commemorationes de
festo occurrentes, si quo faciendus fuit:
quarum ultima concluditur more solito.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Cantores Benedicamus Domino.

Chorus. Deo gratias.

Hebdomad. Fidelium animo per mise-
ricordiam Dei requiescant in pace.

Chor. Amen.

Si completorium non sequatur, dicitur
Secreto Pater noster: postea Hebdomad.

Dominus deus nobis suam pacem:

Chorus: Et vitam eternam. Amen.

Deinde antiphona: Alma redemptoris.
cum V. et oratione. Denique

V. Divinum auxilium maneat
semper nobiscum:

R. Et cum fratribus nostris absenti-
bus. Amen.

Dominica I. adventus.

Invitatorium. Dominum Deum, qui
venturus est, * venite adoremus. apoc. i.

Repet. a choro.

Psalmus: Venite exultemus. De psalterio.

4.

Hymnus Ambros. Lun.

1. Verbum supernum prodiens
E batis aeterni sinu: *
Qui natus orbi subvenis
Labente cursu temporis.
2. Illumina nunc pectora,
Tuoque amore concrema: *
Ut voce proconis tui
Sint pulsa tandem lubrica.
3. Iudexque cum post veneris,
Secreta scrutans pectoris; *
Flammis scelestos puniens,
Justosque regno munerans:
4. Non ardeamus ignibus,
Quos nostra poscunt crimina: *
Sed cum beatis gloria
Simus perennis compotes.
5. Virtus, honor, laus, gloria,
Deo patri cum Filio: *
Sancto simul cum Spiritu
In seculorum secula. amen.

Antiphona, psalmi et versus noctur-
norum, ut in psalterio.

In I. nocturno.

Lectio I.

Incipit Isaias propheta.

cap. i.

Visio Isaiæ filii Amos, quam vidit super
Judam et Jerusalem in diebus Ozia, Jo-
athan, Achaz et Ezechie regum Juda.
Audite coeli, et auribus percipite terra,
quoniam Dominus locutus est: filios
enutrivi et exaltavi; ipsi autem spreverunt

5.
me. Cognovit bos possessorem suum, et
asinus prosepere Domini sui: Israel autem
me non cognovit, et populus meus non
intellexit.

R. Attende de caelo, et vide de habitaculo
sancto tuo et glorie tue: * ubi est zelus
et fortitudo tua, multitudo viscerum
tuorum, et miserationum tuarum?

V. Utinam dirumperes caelos, et descen-
deres; a facie tua montes defluerent!
* ubi est.

Lectio II.

Ugenti peccatrici, populo gravi iniqui-
tate, semini nequam, filii sceleratis:
Dereliquerunt Dominum, blasphemave-
runt sanctum Israel, ab alienati sunt
retrorsum. Super quo percussiam vos
ultra, ad dentes provaricationem!
Omne caput languidum, et omne cor
moerens. a planta pedis usque ad verticem
non est in eo sanitas: vulnus et livor, et
plaga tumens non est circumligata, nec
curata medicamine, neque fota oleo.

R. Expectatio Israel, Saluator eius in
tempore tribulationis, * ne derelinquas
nos. V. Scriptum est: veniet ex Sion,
qui eripiat; et avertat impietatem a
Jacob. * ne derel. Jer. 14. Rom. 11.

Lectio III.

Terra vestra deserta, civitates vestrae
succense igni: regionem vestram coram
vobis alieni decorant, et desolabitur
sicut in vastitate hostili. Et derelinque-
tur filia Sion ut umbraculum in vinea,

Aficul fugurium in cucumerario, et
sicut civitas, que vastatur. et si Dominus
exercituum reliquiset nobis semen,
quasi Sodoma fuisset, et quasi go-
morrha similes esemus.

R. In die illa erit germen Domini in
magnificencia et gloria: * et fructus
terre sublimis, et exultatio his, qui
salvati fuerint. V. Dominus dabit
benignitatem, et terra nostra dabit
fructum suum. * et fructus. Isa. 4. C. 84.

Lectio IV.

Audite verbum Domini principes
Sodomorum, percipite auribus legem
Dei nostri populus gomorrho. Quo
mibi multitudinem victimarum
vestrarum, dicit Dominus? plenus sum:
holocausta arietum, et adipem pinguium,
et sanguinem vitulorum et agnorum
et hircorum nolui. Cum veniretis
ante conspectum meum, quis quosivit
hoc de manibus vestris, ut ambulare-
tis in altis meis? Ne offeratis ultra
sacrificium frustra: incensum abomi-
natio est mihi.

R. Quare marore contraheris filia
Sion? numquid rex non est tibi, aut
consiliarius tuus perit? * liberaberis;
† redimete Dominus de manu inimi-
corum tuorum. V. Venit filius homi-
nis querere et salvum facere, quod perie-
rat, * liberab. N. gloria Patri. † redimet.
Mich. 4. Luc. 19.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.
homil. 7. de adv.

Si devote celebramus adventum Domini,
id facimus, quod oportet: siquidem non modo
ad nos, sed et propter nos venit, qui bonorum
nostrorum non eget. Verum nostro quidem
indigentia quantitate manifestius ipsa
dignationis eius indicat magnitudo, et ec-
modo periculum aegritudinis ex ipso pretio
medicaminis innotescit: sed et valetudinem
numerus ex multitudine remediorum.

Ut quid enim divisiones gratiarum sunt,
si non videtur necessitatum ulla diversitas?
Et quidem difficile est, universas uno ser-
mone prosequi indigentias, quas experimur:
sed occurrunt mihi interim tres communes
omnibus, et quodam modo principales.
Nemo enim reperitur in nobis, qui non
interim et consilium, et auxilium, et profectum
indignus videatur.

¶ Non auferetur sceptrum de Juda, et
dux de femore eius, donec veniat, qui
mittendus est: * et ipse erit expectatio gen-
tium. ¶ Manifestum est, quod ex Juda
ortus sit Dominus noster. * et ipse. gen. 49. Hebr. 7.

Lectio VI.

Nimirum generalis est humano generi
miseria triplex; et quot quot degimus in
regione umbrae mortis, in infirmitate
corporis, in loco tentationis, si diligenter
advertimus, triplici hoc incommodo misera-
biliter laboramus. Nam et faciles sumus
ad seducendum, et debiles ad operandum,

8.

Et fragiles ad resistendum. Si discer-
nere volumus inter bonum et malum,
Decipimur: si tentamus facere bonum,
Deficimus: si conamur resistere malo,
Deicimur et superamur.

R. Videbo eum, sed non modo, in mebor
illum, sed non prope: * De Jacob erit,
qui dominetur. V. Orietur stella ex
Jacob, et exurgat virga de Israel.
* De Jacob. Num. 24.

Lectio VII.

Neceparius proinde Salvatoris adven-
tus; necessaria sic preoccupatis homini-
bus presentia Christi. Atque utinam
sic veniat, ut copiosissima dignatione
sua, et in nobis per fidem habitans
illuminet cecitatem nostram; et nobis sum-
manens adjuvet infirmitatem nostram;
et pro nobis stans fragilitatem nostram
protegat et propugnet. Si enim ille in
nobis, quis jam decipiat nos? Si ille
nobiscum, quid de cetero non possumus
in eo, qui confortat nos? Si ille pro nobis,
quis contra nos? Fidelis consiliarius
est, qui neque falli omnino, neque
fallere queat: fortis auxiliarius, qui
non lapsescat: patronus efficax, qui et
ipsum satanam sub pedibus nostris velo-
citer conterat, et omnia eius machina-
menta confingat.

R. Per me ipsum iuravi dicit
Dominus, benedicam tibi: * et * bene-
dicentur in semine tuo omnes gentes
terre. V. Abraha dicta sunt pro-
misiones et semini eius: qui est Christus.
* bened. gen. 22. galat. 3.

Nimirum ipse est Dei sapientia, cui semper
in promptu sit instruere ignorantes: ipse
Dei virtus, cui facile sit et deficientes refi-
cere, et eripere periclitantes. Adhuc
ergo tantum eruditorem, fratres mei, in
omni deliberatione curramus: hunc
tam strenuum adiutorem in omni opera-
tione invocemus: huic tam fido pro-
pugnatori in omni colluctatione com-
mittamus animas nostras: qui ad hoc
ipsum venit in mundum, ut habitans
in hominibus, cum hominibus, pro ho-
minibus, et tenebras nostras illuminaret,
et labores levaret, et pericula propul-
saret.

R. Confortare omnis populus terra: *
quoniam ego vobiscum sum, dicit Domi-
nus; et spiritus meus erit in medio vestrum.
V. Non dicent, ecce hic, aut ecce illi; ecce
enim regnum Dei intra vos est. * quoniam.
V. Gloria Patri. * quoniam. agg. 2. Luc. 17.

In III. Nocturno.

Ant. Consolabor vos, et consolabimini:
videlitis, et gaudelitis cor vestrum: *
et cognosceatur manus Domini servis eius. Isa. 66.

Canticum I. Isa. 42.

Cantate Domino canticum novum: * laus
eius ab extremis terra:
Cui descenditis in mare, et plenitudo eius: *
in insula, et habitatores earum.
Sublevetur desertum, et civitates eius: *
in domibus habitabit cedar.
Laudate habitatores petra: * de vertice
montium clamabunt.

Bonam Domino gloriam, * et laudem
eius in insulis nuntiabunt.

Dominus sicut fortis egredietur: * sicut vir
proliator suscitabit &elum:

Vociferabitur, et clamabit: * super ini-
micos suos confortabitur.

Tacui semper, filii, patiens fui: * sicut
parturiens loquar.

Dissipabo et absorbebo simul, desertos faciam
montes et colles: * et omne germen
eorum exsiccabo:

Et ponam flumina in insulas: * et stagna
arefaciam:

Et ducam cecos in viam, quam nesciunt: *
et in semitis, quas ignoraverunt, am-
bulare eos faciam:

Bonam tenebras coram eis in lucem, et
prava in recta: * hoc verba feci eis,
et non dereliqui eos.

Canticum II. Isa. 63.

Attende de caelo: * et vide de habitaculo
sancto tuo, et gloria tua.

Ubi est zelus tuus et fortitudo tua,
multitudo visorum tuorum, et mise-
rationum tuarum? * super me conti-
nuerunt se.

Tu enim pater noster, et abraham res-
civit nos: * et israel ignoravit nos.

Tu Domine pater noster, redemptor noster: *
a seculo nomen tuum.

Quare errare nos fecisti Domine de viis
tuis: * indurasti cor nostrum, ne ti-
meremus te?

Convertere propter servos tuos, * tri-
bus hereditatis tuae.

Canticum III. *psa.* 64.

Utinam dirumperes coelos et descenderes: *
a facie tua montes defluerent.

A seculo non audierunt, neque auribus
perceperunt: * oculus non vidit, Deus,
absque te, quo preparasti expectan-
tibus te.

Occuristi loquenti, et facienti iustitiam: *
in viis tuis recordabuntur tui.

Ecce tu iratus es, et peccavimus: * in
ipsis fuimus semper, et salvabimur.

Et nunc Domine pater noster es tu, nos
vero lutum: * et filior noster tu, et
opera manuum tuarum omnes nos.

Ne irascaris Domine satis, et ne ultra
memineris iniquitatis nostrae: * ecce
respice, populus tuus omnes nos.

ant. Consolabor vos, et consolabimini;
videlitis, et gaudelitis cor vestrum: *
et cognosceatur manus Domini servis
eius. *ps.* 66.

V. Ex Sion spesies decoris eius:

R. Deus manifeste veniet. *ps.* 49.

Lectio IX.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. i.

Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus,
segregatus in Evangelium Dei, quod ante
promiserat per prophetas suos in scripturis
sanctis de filio suo: qui factus est ei ex
semine David secundum carnem: qui pro-
destinatus est filius Dei in virtute, secun-
dum spiritum sanctificationis ex resur-
rectione mortuorum Jesu Christi Domini
nostri: Per quem accepimus gratiam et

apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis. Vos vocati Jesu Christi: omnibus, qui sunt Romae, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et Domino Jesu Christo.

R. Suscitabo semen tuum post te, et stabili-
am thronum regni eius usque in sempiter-
num: * ego ero ei in patrem, et ipse erit
michi in filium. V. Deus ex semine David
secundum promissionem, eduxit salvatorem
Jesum. * ego ero. 2. Reg. 7. act. 13.

Lectio X.

Primum quidem gratias ago Deo meo
per Jesum Christum pro omnibus vobis,
quia fides vestra annuntiatur in universo
mundo. Testis enim mihi est Deus, cui
servio in spiritu meo in Evangelio Filii
eius, quod sine intermissione memoriam
vestri facio semper in orationibus meis,
obsecrans, si quo modo tandem aliquando
prosperum iter habeam in voluntate Dei
veniendi ad vos. Desidero enim videre vos,
ut aliquid impertiar vobis gratia spiritualis
ad confirmandos vos; id est, simul consolari
in vobis per eam, quae invicem est, fidem
vestram atque meam. Volo autem vos
ignorare fratres, quia saepe proposui
venire ad vos, et prohibitus sum usque
adhuc, ut aliquem fructum habeam et
in vobis, sicut et in ceteris gentibus.

R. Deus, qui auferis iniquitatem * dabis
virtutem Jacob, misericordiam Abraham,
quo jurasti patribus nostris a diebus
antiquis. V. Ut fortissimum solatium
habeamus, qui confugimus ad tenendam

propositam spem. * Galis. Mich. 7. Hebr. 6.

Lectio XI.

13.
Graecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus delictor sum: ita, quod in me, promtum est et in vobis, qui Romae estis, evangelizare. Non enim erubescō evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judaeo primum et Graeco, iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem sicut scriptum est: iustus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus autem illis manifestavit.

R. Eue servus meus, dicit Dominus: non contendet, neque clamabit, nec audietur vox eius foris: * Donec ponat in terra iudicium, et legem eius in solo expectabunt.

V. Nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant. * Donec.

ff. 42. Matth. 12. act. 17.

Lectio XII.

Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas: ita ut sint inexcusabiles.

Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum:

Dicentes enim, se esse sapientes facti sunt: et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et voluerunt et

quadrupedum et serpentium. Propter
quod tradidit illos Deus in desideria cordis
eorum, in immunditiam, ut contumeliis
afficiant corpora sua in semetipsis, qui
commutaverunt veritatem Dei in
mendacium; et coluerunt, et servierunt
creaturis potius, quam creatori, qui est
benedictus in secula. amen.

R. Expectat Dominus, ut misereatur
vestri, et ideo exultabitur parcens vobis,
* Deus iudicii Dominus. Et beati omnes
qui expectant eum. V. Apparebit ex-
spectantibus se, in salutem. * Deus.

V. gloria. Et beati. Ps. 30. Hebr. 9.

Postea incipiat Superior hymnum:

Te Deum laudamus, quo per dicto, legal
lectionem de Evangelio.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiri-

tu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam.

R. gloria tibi Domine.

Sic semper dicitur ante Evangelium.

Luc. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis
suis: erunt signa in sole et luna et stellis,
et in terris preputa gentium pro con-
fusione sonitus maris et fluctuum,
arescentibus hominibus pro timore
et expectatione, quo supervenient uni-
verso orbi. etiam virtutes caelorum mo-
vebuntur, et tunc videbunt filium
hominis venientem in nube, cum po-
testate magna et maiestate. His autem
fieri incipientibus, respicite, et levate
capita vestra. Et dixit illis similitudinem:

videte ficulneam et omnes arbores:
cum producant jam ex se fructum, scitis;
quoniam prope est aestas. Ita et vos, cum
videritis hoc fieri, scitote, quoniam prope
est regnum Dei. Amen dico vobis, quia
non preteribit generatio haec, donec om-
nia fiant. Coelum et terra transibunt:
verba autem mea non transibunt.

R. amen.

Subsequatur mox hymnum: Te decet laus.

Oratio ut supra in vesperis.

Ad laudes Matutinas.

Omnia de psalterio, extra septuages.

Lectio apoc. i.

Gratia vobis et pax ab eo, qui est, et
qui erat, et qui venturus est.

R. G. Converte nos * Domine Deus virtu-
tum. Repet. Converte.

V. ostende faciem tuam, et salvi erimus.
* Domine.

V. Gloria Patri. Repet. Converte.

Hymnus Ambros. Clun.

1. Vox eue clara personat,
gravesque somnos increpat: *
Procul tenebrae! lux poli
ab axe Christus promicat.

2. Mens jam resurgat languida,
quo soide torpet squalida: *
Sidus refulget iam novum,
ut tollat omne noxium.

3. Coelestis agnus mittitur,
Laxare gratis debitum: *
Surgamus, et cum lacrymis
Oremus indulgentiam.

16.

4. Ut cum secundo fulserit,
Horrorque mundum cinxerit: *
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

5. Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri cum Filio: *
Sancto simul cum Spiritu
In seculorum secula. amen.

V. Prope timentes Dominum salutare ipsius.

R. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad Bened. ant. Vigilate omnitempore
orantes: * ut digni habeamini stare
ante Filium hominis. Luc. 21.

Oratio ut ad I. vesperas.

Ad horas diurnas.

ad Primam.

ant. Eue Dominus Deus in fortitudine
veniet: * et brachium eius dominabitur. Ps. 40.

ad Tertiam.

ant. Expectat Dominus, ut misereatur
vestri: * beati omnes, qui expectant
eum. Ps. 50.

Lectio. Rom. 13.

Hora est, iam nos de somno surgere: nunc
enim propior est nostra salus, quam
cum credidimus.

V. Memento nostri Domine in beneplacito
populi tui:

R. Visita nos in salutaribus tuis. Ps. 105.

Ad Sextam.

ant. Orietur in tenebris lux tua: * et
tenebre tue erunt, sicut meridies. Ps. 58.

Lectio. Rom. 13.

Uox precepit dies autem adpropinquavit.

abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis.

V. Deus virtutum converte nos:

R. ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ps. 49.

Ad Nonam.

Ant. Ambulabimus in nomine Domini: et regnabit Dominus in monte Sion. Nich. 4.

Lectio Rom. 13.

Sicut in die honeste ambulemus, non in comestationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciis, non in contentione et emulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum.

V. Deus tu conversus vivificabis nos:

R. Et plebs tua letabitur in te. Ps. 84.

Ad vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio apoc. 22.

Qui justus est, justificetur adhuc, et Sanctus sanctificetur adhuc: ecce venio cito, et merces mea mecum est, dare unicuique secundum opera sua.

R. et hymnus ut in I. vesp.

V. Expecta Dominum, viriliter age:

R. Et confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Ps. 26.

Ad Magnif. ant. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini: et rectas facite semitas eius. Marc. 1.

In feriis Adventus.Ad vigilias nocturnas.

In vit. Dominum Deum, qui venturus
est, * venite adoremus. apoc. j.

Et dicitur usque ad diem 18. Dec. exclus.

Hymnus: Verbum supernum. ex Dom. proced.

Antiphona et versus de psalterio.

Benedictio, ut pro qualibet feria nota-
tur in psalterio.

In I. nocturno.

In officio feriali dicuntur tres lectio-
nes, ut infra in singulis feriis notantur,
prima lectione ad signum 9 divisa, cum
suis R. Si officium sit de festo 12. lect.
ex prima fiunt quatuor, facta ad
asteriscos divisione, et quatuor R.
Dicuntur ex illo nocturno Dominico
precedentis, ex quo est benedictio, nempe
fer. 2. et 5. ex j. noct. fer. 3. et 6. ex 2.
noct. et fer. 4. ac Sabb. ex 3. noct. Exposi-
tio vero omittitur. In officio vero
de Sanctis trium lectionum, lectio pri-
ma erit de scriptura integra, 2da de
expositione cum adsignatis R. feriali-
bus; tertia vero de festo cum suo R. pro-
prio. quod si duo lectiones pro festo sint
adsignate, secunda de expositione scrip-
turae omittitur. Quod item in aliis feriis
anni observandum.

In II. nocturno.

ant. alleluia. et psalmi ut in psalterio.

Lectio. Tit. 2.

Sobrie, et iuste, et pie vivamus in hoc
seculo, expectantes beatam spem, et

adventum glorie magni Dei, et Salvato-
ris nostri Jesu Christi.

V. Anima mea desideravit te in nocte:

R. Sed et spiritus meo in precordiis meis
de mane vigilabo ad te. Ps. 26.

Oratio in breviario propria singulis feriis
ad signata: ad Missam vero, prout in Mis-
sali notatur.

Ad Laudes Matutinas.

Antiphona et psalmi de psalterio
secundum feriam.

Lectio. ps. 62.

Propter Sion non tacebo, et propter
Jerusalem non quiescam, donec egredietur,
ut splendor, gustus eius, et Saluator eius
ut lampas accendatur.

R. br. et hymnus ac V. ex Dom. preced.

Ad Bened. ant. pro singulis feriis propria.
Breves dicuntur flexis genibus.

Ad Primam.

Ant. Ego autem ad Dominum afficiam: et
expectabo Deum Salvatorem meum. Mich. 7.

Ad Tertiam.

Ant. Emitte agnum Domine Dominato-
rem terre: et de petra deserti, ad montem
filio Sion. Ps. 16.

Lectio. Ps. 46.

Audite me duro corde, qui longe estis a
justitia: prope feci justitiam meam, non
elongabitur, et salus mea non morabitur.

V. Memento nostri Domine in bene-
placito populi tui:

R. visita nos in salubari tuo. Ps. 105.

Ad Sextam.

Ant. Expectatio Israel Saluator eius
in tempore tribulationis: & ne derelin-
quas nos. Jer. 14.

Lectio. Hab. 2.

Apparebit in finem, et non mentietur:
si moram fecerit, expecta illum: quia
veniens veniet, et non tardabit.

V. Adjuutor meus et protector meus tu es:

R. Deus meus ne tardaveris. Ps. 39.

Ad Nonam.

ant. Reple Sion in narrabilibus verbis
tuis: & gloria populum tuum. Ps. 62.

Lectio Isa. 14.

Prope est, ut veniat tempus eius, et dies
eius non elongabuntur: miserebitur
enim Dominus Jacob, et Israel salva-
bitur.

V. Prope timentes Deum salutare ipsius:

R. ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad Vesperas.Antiphona de psalterio.Lectio. 2. Petri 3.

Et novos coelos et novam terram secundum
promissa ipsius expectamus, in quibus
iustitia habitat: propter quod charissimi
hoc expectantes, salagite immaculati
et in violati ei inveniri in pace.

R. br. et hymnus, ac versus ut dom. proced.

Ad Magnificat singulis diebus antiq.
propria.

Hoc modo dicitur officium inferius adven-
tus usque ad vespervas diei 14. Dec.

exclusivae.

21.
Teria II.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. i.

Lavamini, mundi estote, auferite ma-
lum cogitationum vestrarum ab oculis
meis: quiescite agere perverse, discite
benefacere: quorite iudicium, subvenite
oppresso, iudicate pupillo, defendite vi-
duam: et venite et arguite me, dicit
Dominus. Si fuerint peccata vestra ut
coccinum, quasi nix dealbabitur: et
si fuerint rubra quasi vermiculus, velut
laxa alba erunt. * Si volueritis et au-
dieritis me, bona terra comedetis. Quod si
nolueritis, et me ad iracundiam provo-
caveritis, gladius decorabit vos, quia
os Domini locutum est. Quomodo
facta est meretrix civitas fidelis, plena
iudicii? iustitia habitavit in ea, nunc
autem homicida. argentum tuum ver-
sum est in scoriam, vinum tuum mistum
est aqua. Principes tui infideles, socii
furum: omnes diligunt munera, sequun-
tur retributiones: pupillo non iudicant,
et causa viduae non ingreditur ad illos. ¶
Propter hoc ait Dominus Deus exercituum
fortis Israel: heu! consolabor super
hostibus meis, et vindicabor de inimicis
meis. Et convertam manum meam ad
te, et excoquam ad purum scoriam tuam,
et auferam omne stannum tuum: et
restituam iudices tuos ut fuerunt prius,
et consiliarios tuos sicut antiquibus: post
hoc vocaberis civitas iusti, urbs fidelis. *
Sion in iudicio redimetur, et reducent
eam in iustitia: et conteret scelestos et
peccatores simul, et qui dereliquerunt

Dominum, confumentur. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificaverunt, et erubescetis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus in fluentibus foliis, et velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, ut favilla suppet, et opus vestrum quasi scintilla: et succendetur utrumque simul, et non erit, qui extinguat.

R. R. ex I. nocturno Dominica praed.

Lectio II.

De expositione S. Cyrilli episcopi Alexandrini.
l. j. or. j.

Peccatis in memoriam reuocatis, eos despondere animum non finit, sed gratiam ex bonitate et clementia profectam percommode infert, nec fraudat eos beneficio, quod per Christum omnibus per universum terrarum orbem est propositum. Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: et obnoxius factus est mundus Deo, quia gentes creaturam coluerunt: Israelita legem sibi per Moysen datam violarunt. Ceterum gentibus illuxit Christus, et ad mirabilem eius lucem vocati sunt, et qui non populus quondam, facti sunt populus: Iudaei autem miseri in ipsum debachati sunt, et principem vilem dederunt impie, etiam si rursus ut Deus revixit. Quia vero bonus est, et omnes homines servare vult, et ad agnitionem veritatis venire, illisque adeo viam salutis patefacere: eos quoque iubet peccata abicere, iustificatos gratis, et non ex operibus legis, immo magis per fidem et sacrum baptismum, ideoque ait: Lauamini, mundi estote.

Et emundate manus peccatores, et puri-
ficate corda duplices animo: et adpropin-
quate Deo, et adpropinquabit vobis.

Et lava a malitia cor tuum Ierusalem,
ut salva fias. et adprop. Jac. 4. Jer. 4.

Ad Bened. ant. Non tardat Dominus pro-
misionem suam. et adveniet dies Domini
2. Petr. 3.

Oratio. Sac. Greg.

Excita Domine potentiam tuam et veni:
et quod eulepsio tuo promifisti; usque in
finem seculi clementer operare. Qui vivis.
et dicitur in toto officio.

Ad Magnif. ant. Impletum est tempus,
et adpropinquavit regnum Dei: et penite-
mini, et credite Evangelio. Marc. 1.

Feria III.

Lectio I.

De Isaias propheta. cap. 2.

Verbum, quod vidit Isaias filius Amos
super Iuda et Ierusalem. Et erit in novissi-
mis diebus preparatus mons domus Domini
in vertice montium, et elevabitur super
colles, et fluent ad eum omnes gentes.

Et ibunt populi multi et dicent: venite
et ascendamus ad montem Domini, et ad
domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas,
et ambulabimus in semitis eius: quia de
Sion exibit lex, et verbum Domini de Ie-
rusalem. et judicabit gentes, et arguet
populos multos: et conflabunt gladios
suos in vomeres, et lanceas suas in falces:
non levabit gens contra gentem gladium,
nec exercebuntur ultra ad prolium.

Domus Jacob venite, et ambulemus in
lumine Domini. Projecisti enim po-
pulum tuum domum Jacob: quia

repleti sunt ut olim, et augures habuerunt ut Philisthim, et pueri alienis adhererunt. ¶ Repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius: et repleta est terra eius equis, et innumerabiles quadrigae eius. Et repleta est terra eius idolis, opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerant digiti eorum: et incurvabit se homo, et humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, et a gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur actitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa. quia dies Domini exercituum super omnem superbam et excelsum, et super omnem arrogantem: et humiliabitur. * In die illa proiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quo fecerat sibi, ut adoraret, talpas et vesperationes. Et ingredietur scissuras petrarum, et cavernas saxorum a facie formidinis Domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

R. R. ex II. nocturno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione sancti Cyrilli episcopi.
l. i. orat. 2.

Incipiens propheta vicinam ordine et secundam visionem, tempus designat, quo non in aliqua parte orbis terrarum, non in una regione sive civitate diaboli

imperium concidet, in totum evulso
 uelut et profano adparatu idolorum:
 Sed ex omni loco sub caelo ille morbus et
 immundorum demonum tyrannis
 eliminetur. Perfectum illud vero est mor-
 talibus in extremis diebus, id est, ultimis
 huius seculi temporibus, quibus unigenitum
 Dei verbum factum caro, natum ex muliere,
 adparuit: quum intelligibilem Iudeam uel
 Ierusalem, hoc est, ecclesiam sibi ipse repre-
 sentaret ac sisteret virginem castam non
 rugam aut eius modi quidpiam habentem,
 sed potius sanctam et immaculatam.

R. Ambulabimus in nomine Domini
 Dei nostri in aeternum et ultra: et
 regnabit Dominus super eos in monte
 Sion ex hoc nunc et usque in aeternum.

V. Domui Iuda miserebor, et saluabo eos
 in Domino Deo suo. et regnabit. ps. lxxviii.
ultimum. / V. gloria. R. regnabit. Mich. 4. ge. 1.

ad Bened. ant. quales oportet uos esse in
 sanctis conuersationibus, et expectantes
 et properantes in aduentum dei Domini!
2. Petr. 3.

Oratio Sacram. Greg.

Conscientias nostras quosumus Domine
 visitando purifica: ut ueniens Iesus
 Christus Filius tuus Dominus noster,
 paratam sibi in nobis inueniat mansio-
 nem. qui tecum uiuit.

ad Magnif. ant. Custodite iudicium
 et facite iustitiam: et quia iuxta est salus
 mea, ut ueniat. ps. 56.

Feria IV.Lectio I.De Iſaia propheta. cap. 4.

In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis, et exultatio his, qui salvati fuerint de Israel. Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. * Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Ierusalem laverit de medio eius, in spiritu iudicii et spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloria protectio. Et tabernaculum erit in umbratum diei ab aestu, et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluvia. ¶ Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineae suae. Vineae facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepivit eam, et lapides elegit ex illa, et plantavit eam electam, et edificavit turrim in medio eius, et torcular extruxit in ea: et expansit, ut faceret uvas et fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalem et viri Iuda, iudicate inter me et vineam meam, quid est, quod debui ultra facere vineae meae, et non feci ei? an quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas? * Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineae meae: auferam sepem eius, et erit in direptionem: diruam maceriam eius, et erit in conculcationem. Et ponam

am desertam: non pulabitur, et non
dicitur, et ascendent vepres et spinæ: et
rubibus mandabo, ne pluant super eam
imbrem. Vinca enim Domini exercituum
domus Israel est, et virguda germen eius
delectabile: et expectavi, ut faceret judi-
cium, et eue iniquitas, et iustitiam, et
eue clamor.

R. G. ex III. nocturno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
in cap. 5. g.

Per metaphoram vineæ propheta describit
populum Iudeorum, quem sepsit angelo-
rum auxilio: et lapides elegit ex eo, vel
idola, vel omnia, quæ Dei cultum poterant
impedire. Et plantavit eam vineam forec,
seu electam. Edificavit quoque turrim in
medio eius, templum videlicet in media
civitate: et torcular extruxit in ea, quod
quidam aetare significari putant. Sicut
enim ad torcular omnes uves comportantur
atque calcantur, ut ex eis exprimatur vi-
num: sic aetare omnis populi suscipit
fructus, et immolatas hostias devorat.
Cuncta autem, quæ dicuntur de vinea,
prospunt et ad animo humano referri so-
lum, quæ a Deo plantata in bonum non
uvas attulerit, sed labruscas, et prosterit
tradita bestiis conculcanda: nec divinum
imbrem susceperit doctrinarum; quia pro-
terita dona contemserit.

R. Ego plantavi te vineam electam, omne
semen verum: * quomodo conversa es mihi
in prævum vinea aliena? N. auferetur
a vobis regnum Dei, et dabitur genti

facienti fructus eius. & quomodo. 1. si sit
uel. 1. v. gloria. & quomodo. Jer. 2. Matth. 21.

Antiphona. ant. Mundamini; prociat
 enim vos Dominus: & congregabit vos
 Deus Israel. ps. 52.

Oratio S. Greg.

Mentes nostras quosumus Domine lu-
 mine tuo visitationis illustra: ut epe
 te largiente mereamur et inter prospera
 humiles, et inter adversa securi. qui vivis.

Ad Magnif. ant. Vos similes hominibus
 expectantibus Dominum suum: & ut cum
 venerit, confestim aperiant ei. Luc. 12.

Feria V.

Lectio I.

De gloria propheta. cap. 13.

Propterea captivus ductus est populus meus,
 quia non habuit scientiam, et nobiles
 eius interierunt fame, et multitudo eius
 siti exaruit. Propterea dilatavit infernus
 animam suam, et aperuit os suum absque
 ullo termino; et descendent fortes eius, et
 populus eius, et sublimes glorioseque
 eius ad eum. & Et incurvabitur homo,
 et humiliabitur vir, et oculi sublimium
 deprimentur. Et exaltabitur Dominus
 exercituum in iudicio, et Deus sanctus
 sanctificabitur in iustitia. Et pascentur
 agni juxta ordinem suum, et deserta in
 ubertatem versa ad vena comedent. ¶
 Vos qui trahitis iniquitatem in funiculis
 vanitatis, et quasi vinculum plaustrum
 peccatum: qui vicistis; festinet et cito
 veniat opus eius, ut videamus; et

appropiet, et veniat ~~quod dicitur~~ consilium
 sancti Israel, et sciamus illud. Vo qui
 dicitis malum bonum, et bonum malum,
 ponentes tenebras lucem et lucem tenebras,
 ponentes amarum in dulce, et dulce in
 amarum. Vo qui sapientes estis in oculis
 vestris, et coram vobismet ipsis prudentes. *
 Vo qui potentes estis ad bibendum vinum,
 et viri fortes ad miscendam ebrietatem.
 qui iustificatis impium pro muneribus,
 et iustitiam iusti auferitis ab eo. Propter
 hoc sicut devorat stipulam lingua ignis,
 et calor flamma exurit, sic radix eorum
 quasi favilla erit, et germen eorum ut
 pulvis ascendet. Abiecerunt enim legem
 Domini exercituum, et eloquium sancti
 Israel blasphemaverunt.

R. P. ex I. nocturno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione S. Hieronymi Presbyteri.

Non plangit (propheta) eos, qui peccare
 ceperint, statimque desierint, non est
 enim iustus super terram, qui faciat bo-
 num, et aliquando non peccat: sed qui
 longo funiculo peccata protraxerint, quod
 autem adpellantur funiculi vanitatis,
 hoc significat, quod facientibus peccatum
 facile texitur, et tam inane et facile est,
 ut araneorum fila texantur, sed quum
 inde voluerimus exire, solidissimis vin-
 culis neclimur. Clausum autem ple-
 num oneratumque peccatis facilius intel-
 ligunt, qui meminert scriptum in
 Zacharia, impietatem sedere super talen-
 tum plumbi. Et in alio loco peccator

loquitur: iniquitates meae supergressae sunt caput meum, sicut onus grave gravatae sunt super me. Dicuntur autem haec ad principes sacerdotum, qui supra arguti sunt in avaritia atque luxuria, quod provocati a Domino ad poenitentiam, et postea ab apostolis eius, usque hodie perseverant in blasphemis.

Ad Bened. ant. Prope est, ut veniat tempus eius; * et dies eius non elongabuntur. ps. 144.

Oratio S. Greg.

Prope esto Domine omnibus expectantibus in veritate: ut in adventu Filii tui Domini nostri, placitis tibi actibus presentemur. Per eundem.

ad Magnif. ant. Quae sit Dominum, dum inveniri potest: * invocate eum, dum prope est. ps. 55.

Feria VI.

Lectio I.

Isaia propheta. cap. 10. 11.

Erit in die illa: non adiciet residuum Israel, et hi qui fugerint de domo Jacob, inniti super eos, qui percussit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate. Reliquis convertentur, reliquis inquam Jacob ad Deum fontem. * Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquis convertentur ex eo: consummatio abbreviata in mundabit iustitiam; consummationem enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omni terra. g. Propter hoc

31.

et dicit Dominus Deus exercituum: noli
imere populus meus habitator Sion ab asyri-
a virga percussit te, et baculum suum leua-
it super te in via Aegypti; adhuc enim paul-
ulum modicumque, et consummabitur
indignatio, et furor meus super scelus eorum.
Et erit in die illa, auferetur onus eius de
lumero tuo, et iugum eius de collo tuo, et
compulset iugum a facie olei. * Et erit
in die illa: aduocet Dominus secundo
manum suam ad possidendum residuum
populi sui, quod relinquetur ab asyriis
et ab Aegypto, et a Chethos, et ab Ethiopia,
et ab Elam, et a Sennaar, et ab Emath,
et ab insulis maris. Et leuabit signum
in nationes, et congregabit profugos
Israel, et dispersos Iuda colliget a quatuor
plagis terre: et auferetur zelus Ephraim,
et hostes Iuda peribunt.
R. V. ex II. nocturno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione S. Hieronymi Presbyteri.

In illa die, cum surrexerit radix Jesse in
lignum populorum, sive ut dominus huc
gentium, apponet Dominus secundo manum
suam: ut nequaquam iuxta nostros Iudai-
zantes in fine mundi, quum intraverit
plenitudo gentium, tunc omnis Israel
saluus fiat: sed hoc omnia in primis intel-
ligamus aduentu. Neque enim possumus,
quum una dies dicatur et nunc et supra,
illam referre ad primum aduentum, et
istam ad secundum: ne per hoc quo sequen-
tur, et illa quo processerunt, ad eum
referenda sint Christum, quem Iudai
necdum venisse, sed venturum esse.

contendunt. Post vocationem igitur gentium, quo quondam in caudam reputate sunt, Israel in caudam reputabitur: ut adponat Dominus secundo manum suam, et possideat residuum populi sui, de quo et supra legimus, non omnem Israel, sed reliquias esse salvandas.

Ad Bened. ant. Expedabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob: * et prostolabor eum. ff. 8.

Oratio Rom.

Preveniat nos, quo sumus omnipotens Deus, tua gratia semper et subsequatur: ut cum adventu unigeniti tui, quem summo cordis desiderio sustinemus, et presentis vite subsidia, et futura etiam consequamur. Per eundem.

Ad Magnif. ant. Expedatio Israel salvator eius in tempore tribulationis: * ne derelinquas nos. Jer. 14.

Sabbatho.

Lectio I.

De Isaiia propheta. cap. 14.

Prope est, ut veniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur: miserabitur enim Dominus Jacob, et eliget adhuc de Israel, et requiescere eos faciet super humum suam: adjugetur advena ad eos, et adherabit domui Jacob. * Et tenebunt eos populi: et adducent eos in locum suum: et possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos et

nallas, et erunt capientes eos, qui sece-
 rerant, et subiicient exatores suos. Et
 erit in die illa, cum requiem tibi dederit
 Deus a labore tuo, et a concupione tua,
 et a servitute dura, qua ante servisti: su-
 nes parabolam istam contra regem Baby-
 lonis, et dices: quomodo cessavit exator,
 quicivit tributum? **¶** contrivit Dominus
 baculum impiorum, virgam dominantium,
 cadentem populos in indignatione plaga
 insanabili, subiicientem in furore gentes,
 persequentem crudeliter. Conquievit et
 filius omnis terra, gavisus est et exulta-
 vit. Detracha est ad inferos superbia tua,
 concidit cadaver tuum, subter te sternetur
 linea, et operimentum tuum erunt
 vermes. * Quomodo cecidisti de caelo
 lucifer, qui mane oriebaris? corruisti
 in terram, qui vulnerabas gentes? qui
 dicebas in corde tuo: in caelum conscendam,
 super astra Dei exaltabo solium meum,
 sedebo in monte testamenti, in lateri-
 bus aquilonis: ascendam super alti-
 tudinem nubium, similis ero altissimo.
 Verum tamen ad infernum detrahentis,
 in profundum lacu.

℞. ex III. nocturno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione S. Cyrilli Episcopi.

Age, quantum licet crassam historia su-
 perficiem ad considerationem spiritua-
 lem transferentes, simile quiddam in
 salana, et in his, qui a Christo redempti sunt,
 factum contemblemur. Erant, siquidem
 captivi idolorum servitio affixi, et eius,

qui summam exercebat tyrannidem, imperia
venerantes. Sed misertus est nos ut injuste
violatos universitatis opifex: misit nobis
e caelo redemptorem, proprium Filium,
in nomine Domini, id est, non ut sanctis
prophetis quempiam, sed in dominationis
gloria, qui demolitus est idololatriam
velut civitatem quampiam superbam
et insolentem, opem suam conferentibus
bellatoribus armatis, suis, id est, sanctis
apostolis: qui tota quodammodo dialoli
regione excisa, secum in sanctam civita-
tem Jerusalem, eulepham inquam, duxe-
runt eos, qui decepti sunt, et iugo servitu-
tis oppressi.

Ad Bened. ant. Quasi diluculum pro-
paratus est egreus eius: * et veniet
quasi imber temporaneus et serotinus
terre. ps. 6.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, qui natiuitatis tue exordium
pro nostra necessarium salvatione duristi:
respice nos propitius; et quos similes ad
imaginem tuam fecisti, similiore ob-
servatione perfice mandatorum. qui vivis.

Ad Vesperas. Duplex.

Lectio. Deut. 18.

Prophetam de gente tua et de fratribus
tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus
Deus tuus: ipsum audies.

Ps. 6. hymnus ut Dominica I. adventus.

V. accedite ad eum, et illuminamini:
R. Et facies vestrae non confundentur. Ps. 133.

Ad Magnif. ant. Miserrans miserabitur
in Dominus, et non faciet avolare a te
etra doctorem tuum: et erunt oculi vi-
dentes proceptorem tuum. ff. 30.

Oratio Sacra. Gelas.

Excita Domine corda nostra ad propa-
andas unigeniti tui vias: ut per eius ad-
ventum purificatis tibi mentibus seruire
nereamur. Qui tecum vivis.

Dominica II. adventus.

Ad vigiliis, Inoit. et hymnus ut I. Dominica.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De Isaiia propheta. cap. 32.

Ece in iustitia regnabit rex, et principes
in iudicio proerunt. Et erit vir sicut qui
absconditur a vento, et celat se a tempestate,
sicut rivi aquarum insiti, et umbra
petre prominentis in terra deserta.

Non caligabunt oculi videntium, et aures
audientium diligenter auscultabunt.
Et cor stultorum intelliget scientiam,
et lingua balborum velociter loquetur
et plane. Non vocabitur ultra is, qui
insipiens est, princeps, neque fraudulen-
tus appellabitur maior.

R. Sensum tuum Domine quis sciet, et
nisi tu dederis sapientiam, et miseris spi-
ritum sanctum tuum de altissimis, et
sic correpto sint semita eorum, qui sunt
in terris, et quo tibi placeat, didicerint
homines: v. Qui ambulat in tenebris,
nescit quo vadat. et nisi. Sap. 9. Joan. 12.

Lectio II. cap. 33.

Audite, qui longe estis, quo fecerim,

Et cognoscite vicini fortitudinem meam.
 Conteriti sunt in Sion peccatores, pos-
 sedit tremor hypocritas. Quis poterit ha-
 bitare de vobis cum igne devorante? quis
 habitabit ex vobis cum ardoribus sempi-
 ternis? qui ambulat in iustitiis, et lo-
 quitur veritatem: qui proicit avaritiam
 ex calumnia, et excutit manus suas ab
 omni munere: qui obturat aures suas,
 ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos,
 ne videat malum: iste in excelsis habi-
 tabit, munimenta saxorum sublimitas
 eius: panis ei datus est, aqua eius fideles
 sunt. Regem in decore suo videbunt oculi
 eius, cernent terram de longe.

R. Seminate vobis in iustitia, et metite
 in ore misericordiam, innovate vobis novale:
 * tempus requirendi Dominum, cum cecidit,
 qui docebit vos iustitiam. V. Semipar ma-
 nus, et soluta genua erigite, et gressus rectos
 facite pedibus vestris. * tempus. ose. 10. Heb. 12.

Lectio III. cap. 35.

Laetabitur deserta et in via, et exultabit
 solitudo, et florebit quasi liliū. Germinans
 germinabit, et exultabit laetabunda
 et laudans: gloria Libani data est ei, decus
 Carmeli et Saron. Ipse videbunt gloriam
 Domini, et decorem Dei nostri. confortate
 manus disolutas, et genua debilia roborate.
 Dicite pusillanimis: confortamini, et nolite
 timere: eus Deus vester unctionem adducet
 retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit
 vos. Tunc aperiuntur oculi caecorum, et
 aures surdorum patebunt. Tunc saliet,
 sicut cervus, claudus, et aperta erit lingua

nulorum: quia sicut sunt in deserto
equo, et torrentes in solitudine. Et quo
erat arida, erit in stagnum, et siccus in
fontes aquarum.

R. Properabunt gentes multae et dicent:
venite, ascendamus ad montem Domini: et
docebit nos de viis suis, et habimus in semitis
vius. V. Messias venit, qui dicitur Christus:
cum venerit ille, nobis annuntiabit omnia.
& et docebit. Mich. 4. Ioan. 4.

Lectio IV.

In cubilibus, in quibus prius dracones
habitabant, orietur viror calami et junci.
Et erit ibi semita et via, et via sancta
vocabitur: non transibit per eam pollutus,
et hoc erit directa via, ita ut stulti
non errent per eam. Non erit ibi leo,
et mala bestia non ascendet per eam,
nec inuenietur ibi: et ambulabunt,
qui liberati fuerint, et redemptionem a Do-
mino convertentur, et venient in Sion
cum laude, et letitia sempiterna super
caput eorum, gaudium et letitiam
obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus.

R. Populus dura cervice convertetur,
et scient, quia ego sum Dominus Deus
eorum: & dabo eis cor, et intelligent,
aures, et audient: et laudabunt me. V.
Scriptum est: Dedit illis Deus oculos, ut non
videant, et aures ut non audiant. & dabo.
V. gloria. & dabo. Barruch. 2. Rom. 11.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex epistola sancti Iustini Martyris
ad Diognetum. n.g. c. 10.

Usque ad superius tempus fuit nos Deus pro libito incertis motibus agitari, dum a voluptatibus et cupiditatibus transversi raperemur: non quidem, quodullo modo peccatis nostris gauderet, sed ea tolerans: neque illud, quo in iustitia exercebatur, tempus ad probans, sed mentem iustitia creans: ut quum eo tempore convicti essemus e propriis operibus, vita esse indigni, nunc Dei benignitas nos ea dignaretur: et quum manifestum fecissemus, non posse ex eo, quod in nobis situm est, in regnum Dei ingredi, per potentiam Dei nobis id posse daretur.

R. Domus Jacob, venite et ambulemus in lumine Domini: * projecisti enim populum tuum, Domum Jacob. *v.* Reliqui secundum electionem gratiae salvati sunt; ceteri vero excacati sunt.
* projecisti. *Ysa. 2 Rom. ii.*

Lectio VI.

Quum autem ad cumulum malitia nostra pervenisset, et plene manifestum factum foret, mercedem peccati esse supplicium, et mors expectaretur, advenissetque tempus a Deo prestitutum, ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam, et quomodo pro immenso, quo homines prosequitur, amore, nos odio non habuerit, neque rejecerit, neque improbitatis nostrae memorem se ostenderit, sed patienter eam tulerit ac sustinuerit: ipse peccata nostra suscepit: proprium ipse Filium pretium redemptionis pro nobis dedit, sanctum pro iis, qui legem transgesserant: nihil minus

nam malum pro malis, justum pro ini-
 iustis, corruptionis nescium pro obnoxio
 corruptioni, immortalis pro mortalibus.
 Et sapientia suscipit inquirentes se,
 et prohibet in via iustitie: & qui serviunt
 ei, obsequentes erunt sancto, et eos, qui
 diligunt illum, diligit Deus. Et etiam hui-
 ritu ex fide, spem iustitie expectamus
 in Christo Jesu. & qui. Ruli. 4. Galat. 5.

Lectio VII.

Quid enim aliud peccata nostra potuit
 tegere, quam eius iustitia? In quo alio
 nos iniqui et impii justificari possumus,
 quam in solo Dei Filio? O dulcem per-
 mutationem! o impervestigabile arti-
 ficium! o beneficia expectationem
 omnem superantia! ut iniquitas quidem
 multorum in iusto uno abscondatur,
 iustitia autem unius faciat, ut multi
 iniustiificentur. quum igitur
 superiori tempore huius nos rei convi-
 ipet, non posse nostram naturam vitam
 consequi; nunc autem Servatorem osten-
 dit, qui servare potest ea etiam, que
 servari non poterant: utrimque nos
 benignitati sue fidem habere voluit,
 ipsum existimare auctorem, parentem,
 magistrum, consiliarium, medicum,
 mentem, lucem, honorem, gloriam, ro-
 bur, vitam: de vestitu et victu sollicitos
 non esse.

Et. Eue servus meus, electus meus, com-
 placuit sibi in illo anima mea: & dedi
 spiritum meum super eum, iudicium
 gentibus proferet. Et. Hic est Filius
 meus dilectus, in quo mihi bene complacui:
 ipsum audite. & dedi. Isa. 42. Matth. 17.

Lectio VIII.

Huius etiam tu fidei si desiderio tenca-
 ris, et illam accipias, primum quidem
 cognosces Patrem. Deus enim homines
 dilexit, propter quos mundum creavit;
 quos ad imaginem suam formavit;
 ad quos Filium suum unigenitum
 misit: quibus caeleste regnum promisit,
 et dabit, quod ipsum dilexerint. Post-
 quam autem illum cognoveris, quanta
 te implebitur in letitia existimas?
 aut quantum diliges eum, qui prior
 te ita dilexit? cum autem diligere
 ceperis, imitator benignitatis eius
 eris. Ac ne mireris, prope hominem
 esse imitorem Dei. Potest eo volente.
 R. Deus ipse veniet, et salvabit vos:
 tunc aperiuntur oculi caecorum, et
 aures surdorum patebunt: & tunc
 saliet, sicut ceruus, claudus, et apertha
 erit lingua mulorum. & cæci vident,
 claudi ambulant, leprosi mundantur,
 surdi audiunt. & tunc. V. gloria. & tunc.
 Ps. 135. c. Matth. ii.

In III. nocturno.

Antiphona, cantica et V. ut in I. Dominica.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos.
 cap. 2.

Inexcusabilis es, o homo, omnis, qui iudicas.
 In quo enim iudicas alterum, te ipsum
 condemnas; eadem enim agis, que iudicas.
 Scimus enim, quoniam iudicium Dei
 est secundum veritatem in eos, qui ta-
 lia agunt. Existimas autem hoc o homo,

ni judicas eos, qui talia agunt, et fa-
is ea, quia tu effugies iudicium Dei?
in divitiis bonitatis eius, et patientia,
et longanimitatis contemnis? ignoras,
quoniam benignitas Dei ad penitentiam
e adducit? Secundum autem duritiam
nam et impenitens cor, thesaurizas
ibi iram in die ire, et revelationis iusti-
iudicii Dei, qui reddet unicuique secun-
um opera eius: iis quidem, qui secundum
patientiam boni operis, gloriam et
honorem et incorruptionem quarunt,
illam eternam: iis autem, qui sunt
ex contumacia, et qui non adquiescunt
veritati, credunt autem iniquitati, ira
et indignatio.

Ps. Exultate in letitia Jacob, et hincite
contra caput gentium: & personate, et
canite et dicite: salva Domine populum
tuum, reliquias Israel. V. Tunc scriptura:
Letamini gentes cum plebe eius, et ihe-
rum: laudate omnes gentes Dominum.
& personate. Jer. 31. Rom. 15.

Lectio X.

Tribulatio et angustia in omnem
viam hominis operantis malum,
Iudei primum et Graeci: gloria autem,
et honor, et pax omni operanti bonum,
Iudeo primum et Graeco: non enim est
acceptio personarum apud Deum. quicum-
que enim sine lege peccaverunt, sine lege
peribunt; et quicumque in lege peccave-
runt, per legem iudicabuntur: non enim
auditores legis iusti sunt apud Deum, sed

factores legis justificabuntur. cum enim gentes, quo legem non habent, naturaliter ea, quo legis sunt, faciunt, cuiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum euangelium meum, per Iesum Christum.

R. Vos testes mei, dicit Dominus, et seruus meus, quem elegi: * ut sciatis et credatis mihi, quia ego ipse sum. & qui de caelo venit, super omnes est: et quod vidit et audiuit, hoc testatur. * ut sciatis.

Ps. 113. Ioan. 5.

Lectio XI.

Si autem tu Iudaeus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem eius, et probas utiliora, instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem caecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege. qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui praedicas, non furandum, furaris: qui dicis, non moechandum, moecharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per provaricationem legis Deum in honoras; nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.

R. Audient in die illa surdi verba libri,
 et de tenebris et caligine oculi caecorum
 videbunt, * et pauperes homines in saeculo
 Israel exultabunt. V. Surdi audiunt,
 mortui resurgunt, pauperes euangeli-
 zantur. * et pauperes. psa. 29. Matth. ii.

Lectio XII.

Circumcisio quidem prodest, si legem observes.
 si autem provaricator legis sis, circumcisio
 tua propitium facta est. Si igitur propu-
 tium iustitias legis custodias, nonne propu-
 tium illius in circumcisionem reputabitur?
 et iudicabit id, quod ex natura est propitium
 legem consummans, te, qui per litteram
 et circumcisionem provaricator legis es?
 non enim, qui in manifesto, Judaeus es, neque
 quod in manifesto in carne, est circumcisio:
 sed qui in abscondito, Judaeus es, et circumcisio
 cordis in spiritu, non littera: cuius laus non
 ex hominibus, sed ex Deo est.

R. Non docebit ultra vir proximum, et
 vir fratrem suum, dicens: cognosce Domi-
 num: * omnes enim cognoscent me a mi-
 nimo eorum usque ad maximum. V. Est
 scriptum in prophetis: et erunt omnes doci-
 les Dei. * omnes. V. gloria. * omnes.
Jer. 31. Rom. 6.

Sequentia sancti Evangelii

secundum Matthaeum. cap. ii.

In illo tempore: cum audisset Joannes in
 vinculis opera Christi, mittens duos de dis-
 cipulis suis ait illi: tu es, qui venturus
 es, an alium expectamus? Et respondens
 Iesus ait illis: euntes renuntiate Joanni,

quo audistis et vidistis. cæci vident, claudi
ambulant, leprosi mundantur, surdi au-
diunt, mortui resurgunt, pauperes evan-
gelizantur: et beatus est, qui non fuerit
scandalizatus in me. Illis autem abeu-
ribus cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne:
quid existis in desertum videre? arundinem
vento agitatam? Sed quid existis videre?
hominem mollibus vestitum? Ecce qui
mollibus vestiuntur, in domibus regum
sunt. Sed quid existis videre? prophetam?
Etiam dico vobis, et plusquam prophetam.
Hic est enim, de quo scriptum est: ecce
ego mitto angelum meum ante faciem
tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

Ad Laudes Matutinas.

Lectio, Ep. br. hymnus etc. ex I. Dominica.

Ad Bened. ant. Joannes cum audisset in
vinculis opera Christi, mittens duos de
discipulis suis ait illi: * Tu es, qui ventu-
rus es, an alium expectamus? Matth. ii.

Oratio ut supra ad vesperas.

Ad horas diurnas.

Ad Primam.

ant. Dominus formans me ex utero ser-
uum sibi, ut reducam Jacob ad eum dixit: *
ecce dedi te in lucem gentium. Ps. 139.

Ad Tertiam.

ant. Evangelizare pauperibus misit
me, * predicare captivis remissionem, et
cæcis visum. Luc. 4.

Lectio. Ps. 50.

Quis ex vobis timens Dominum, audiens

voce[m] servi sui: qui ambulavit in tenebris,
 et non est lumen ei, speret in nomine Do-
 mini, et innitatur super Deum suum.

V. Emitte lucem tuam Domine:

R. Et veritatem tuam. Ps. 42.

Ad Sextam.

ant. Ducam cecos in viam, quam nesciunt: et
 in semitis, quas ignoraverunt,ambu-
 lare eos faciam. Ps. 42.

Lectio. Ps. 48.

Hoc dicit Dominus redemptor tuus sanctus
 Israel: ego Dominus Deus tuus docens te
 utilia, gubernans te in via, qua ambulas.

V. Diriget Dominus mansuetos in salutem:

R. Docet miles vias suas. Ps. 24.

Ad Nonam.

ant. Bonam tenebras coram eis in lucem: et
 et prava in recta. Ps. 42.

Lectio. Ps. 54.

Bonam universos filios tuos docet a Domi-
 no, et multitudinem pacis filiis tuis: et in
 iustitia fundaberis.

V. Misericordia tua Domine plena est terra:

R. Justificationes tuas doce me. Ps. 118.

Ad II. vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio. Ps. 40.

Super montem excelsum ascende tu, qui
 evangelizas Sion: exalta in fortitudine
 voce[m] tuam, qui evangelizas Jerusalem,
 exalta, noli timere, dico civitatibus Juda-
 eae Deus vester.

R. br. et hymnus ex I. Dominica.

V. Justitia et iudicium preparavit sedis tuae.

R. Misericordia et veritas procedent faciem
 tuam. Ps. 88.

ad Magnif. ant. Dixit Iesus ad turbas de
 Joanne: hic est, de quo scriptum est: & ecce
 ego mitto angelum meum ante faciem
 tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

Matth. ij.

Feria II.

Lectio I.

De Isai propheta. cap. lvi.

Taceant ad me insule, et gentes mutent
 fortitudinem: accedant, et tunc loquan-
 tur, simul ad iudicium propinquemus.
 Quis suscitavit ab oriente iustum, vocavit
 eum, ut sequeretur se? Dabit in conspectu
 eius gentes, et reges obtinebit; dabit
 quasi pulverem gladio eius, sicut stipulam
 vento raptam arcum eius. * Persequetur
 eos, transibit in pace, semita in pedibus
 eius non apparebit. quis hoc operatus
 est et fecit, vocans generationes ab exor-
 ditio? Ego Dominus, primus et novissimus
 ego sum. Et tu Israel serve meus, Jacob
 quem elegi, semen abraham amici mei,
 in quo apprehendi te ab extremis terra, et
 a longinquis eius vocavi te, et dixi tibi:
 servus meus es tu, elegi te, et non abjeci
 te. q. et timeas, quia ego tecum sum:
 ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi
 te, et auxiliatus sum tibi, et suscepisti te
 dextera iusti mei. Ecce confundentur et
 erubescunt omnes, qui pugnant adversum
 te: erunt, quasi non sint: et peribunt
 viri, qui contradicunt tibi. * Quares eos,
 et non invenies, viros rebelles tuos: erunt
 quasi non sint; et veluti consumptio ho-
 mines bellantes adversum te. quia ego
 Dominus Deus tuus apprehendens manum

nam, dicensque tibi: ne timeas, ego ad-
 uerite. et tibi timere vermis Jacob, qui
 mortui estis ex Israel: ego auxiliatus
 sum tibi, dixit Dominus, et redemptor tuus
 sanctus Israel.

Off. ex I. et nocturno Dominice proced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 Sentes, id est insula, quo salis amarisque
 huius seculi inundantur fluctibus, iuben-
 tur audire et ora concludere, et mutare
 fortitudinem, ne per imbecillitatem pri-
 stinam Dei non possint audire sermonem,
 ut aucciant prius ad Dominum: et quod
 non sint propria salute contenti, sed quod
 didicerint, ceteros doceant. quis suscitavit
 ab oriente iustum sive iustitiam? et que
 enim quæcorum tantum Deus, sed et gen-
 tium, qui vocavit Christum Dominum
 saluatorem, qui factus est nobis sapientia
 et Deo, iustitia et sanctitas, et redemptio.
 In quo iuxta eundem apostolum Dei
 iustitia revelatur. Vocavit autem eum,
 ut se in omnibus sequeretur, et opera ba-
 ris faceret, et illud impleret dicens: Deus
 ut facerem voluntatem tuam volui. In
 cuius conspectu reges et gentes collo sub-
 mittent, et gladio illius ac sagittis adversa-
 rio potestates quasi stipula subiciantur
 et pulvis pertransibit in pacem, ad pacem
 iunctos vocans, ut reconcilientur Deo.
 Semita in pedibus illius non adparebit,
 et in via laborem non sentiet, nec aliquam
 imbecillitatis humano lapsitudinem:
 sed de torrente bibet in via, et propterea
 non avariabit caput.

Ad Bened. ant. In die salutis auxiliatus

Sum tui, et dedi te in foedus populi, *
 ut diceres his, qui in tenebris: revelami-
 ni. Isa. 49.

Oratio Sarr. Greg.

Concede quosumus omnipotens Deus:
 ut magna festivitatis ventura solem-
 nia prospero celebremus effectu; pariterque
 reddamus et intenti caelestibus discipli-
 nis, et de nostris temporibus latiores.

Per Dominum.

ad Magnif. ant. Dedit te in lucem gen-
 tium: * ut educeres de domo carceris se-
 dentes in tenebris. Isa. 42.

Teria III.

Lectio I.

De Isaiâ propheta. cap. 42.

Eccae seruus meus, suscipiam eum: electus
 meus, complacuit sibi in illo anima mea.
 Dedi spiritum meum super eum; iudicium
 gentibus proferet. Non clamabit, neque
 accipiet personam, nec audietur vox eius
 foris. Calamum quae patum non conteret,
 et linum fumigans non extinguet: in
 veritate educet iudicium. * Non erit tristis,
 neque turbulentus, donec ponat in terra
 iudicium: et legem eius in sulo expra-
 bunt. Hoc dicit Dominus Deus, creans
 coelos et extendens eos, firmans terram,
 et quo germinant ex ea: dans flatum
 populo, qui est super eam, et spiritum
 calcantibus eam. ¶ Ego Dominus vocavi
 te in iustitia, et adprehendi manum tuam,
 et seruavi te. Et dedi te in foedus populi,
 in lucem gentium: ut aperires oculos ceco-
 rum, et educeres de conclusione vinclum,
 de domo carceris sedentes in tenebris. Ego
 Dominus, hoc est nomen meum: gloriam

eam alteri non dabo, et laudem meam
 ulphilibus. quo prima fuerunt, eue-
 nerunt, nova quoque ego annuntio:
 nequam oriantur, audita vobis faciam. *
 in habite Domino canticum novum, laus
 eius ab extremis terra: qui descenditis in
 mare et plenitudo eius; in fult et habita-
 ores earum: sublevetur desertum et
 civitates eius: in domibus habitabit ce-
 lar: laudate habitatores petre, de vertice
 montium clamabunt. Bonent Domino
 gloriam, et laudem eius in nisulis nuntia-
 runt.

Ps. ex II. et nocturno Dominico preced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 Universitatis creator et Dominus ipse Christi
 in promissis adventum, qui non solum
 ascendit caelos atque defixit, sed terram quoque
 veta mole firmavit, et omnia, que naf-
 untur ex ea: ut et invisibilia eius ex his,
 sua facta sunt, intellecta conspiciantur,
 sempiterna quoque virtus illius et divini-
 as. Quae igitur, cuius tanta praeconia sunt,
 se ad eum locutus est, cuius legem in fult
 vrosolantur et gentes: ego Dominus vocavi
 e in iustitia. Et apprehendi manum tuam:
 nia quidquid operatur Filius, operatur
 Pater. Et servavi te, qui omnia ipse confer-
 as. Et dedi te in fadus populi Israel,
 ui te venturum ante promiseram. Et in-
 tuem gentium, quo sedebant in tenebris,
 in umbra mortis; ut aperires oculos
 eorum, qui Deum antea non videbant,
 et duceres de conclusionibus vinearum; fuisibus
 vim peccatorum suorum unusquisque
 nstringitur. Quodque infert: ego Dominus,

hoc est nomen meum: gloriam meam
alteri non dabo, non excludit Filium.
Neque enim dixit: gloriam meam nulli
dabo: sed gloriam meam alteri non dabo,
preter te, cui dedi, cui daturus sum.

Ad Bened. ant. Dominus Deus geminabit
iustitiam, & et laudem coram uniuersis
gentibus. Ps. 61.

Oratio Sac. ambros.

Deus, qui hominem delapsam in mortem
conspiciens, unigeniti Filii tui adventu
redimere voluisti: presta quo sumus;
ut qui eius gloriosam incarnationem
fateantur, ipsius etiam Redemptoris con-
sortia mereantur. Per eundem Dominum.

Ad Magnif. ant. Consolabor vos, et conse-
labimini: & videbitis, et gaudebit cor
vestrum. Ps. 66.

Feria IV.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 42.

Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir
proliator suscitabit zelum: ueriferabitur
et clamabit, super inimicos suos confortabitur.

Tacui semper, filii, patiens fui, sicut partu-
riens loquar: Disperabo, et absorbebo simul:

Desertos faciam montes et colles, et omne
gramen eorum exsicabo: et ponam flu-
mina in insulas, et stagna arefaciam. *

Et duam cecos in viam, quam nesciunt,
et in semitis, quas ignorauerunt, ambulare

eos faciam: ponam tenebras coram eis in
lucem, et prava in recta: hoc uerba feci eis,

et non dereliqui eos. Conuersi sunt retror-
sum, confundantur confusione, qui con-
fidunt in superbia, qui dicunt conflabiles:

eos dñi nostri. Surdi audite, et cæci intue-
 mini ad videndum. *G.* Quis cæcus, nisi ser-
 vus meus? et surdus, nisi ad quem nuntios
 meos misi? quis cæcus, nisi qui venunda-
 tus est? et quis cæcus nisi servus Domini?
 qui vides multa, nonne custodies? qui
 aperta habes aures, nonne audies? Et Domi-
 nus voluit, ut sanctificaret eum, et mag-
 nificaret legem et exolleret. Ipse autem
 populus direptus et vastatus: laqueus
 invenum omnes, et in domibus carcerum
 absconditi sunt: facti sunt in rapinam,
 nec est qui eruat: in direptionem, nec est,
 qui dicat: redde. * Quis est in vobis, qui
 audiat hoc, attendat et auscultet futura?
 quis dedit in direptionem Jacob et Israel
 vastantibus? nonne Dominus ipse, cui
 recavimus? Et noluerunt in viis eius
 ambulare, et non audierunt legem ejus.
 Effudit super eum indignationem furo-
 ris sui et forte bellum, et combussit in
 iracunda, et non cognovit: et succendit eum,
 et non intellexit.

Ps. ex III. et Verno Dominica preced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 scribit sermo propheticus gloriosum Sal-
 atoris adventum, et eum viro fortissimo
 comparat, qui pugnaturus sit contra
 versarios suos, succidaturus Belum.
 occideratur quoque et clamabit contra
 inimicos suos, aperte eorum infidelita-
 tem reprobans, et cum clamore pronun-
 ans: tacui, semper filii, patiens fui:
 testis sensus: diu vos delinquentes sepe
 clavi: sed quia ante tacueram, nequaquam

ultra reticebo. Et quomodo pariens in
 lucem profudit infantem, et apertum
 facit esse, quod prius clausum in visceri-
 bus tenebatur: sic ego dolorem meum et
 dissimulationem, quam semper habui
 super sceleribus vestris, nunc proferam,
 et dissipabo vestra consilia. Cumque
 vos a capite usque ad pedes explicavero
 atque delevero, tunc flumina doctrinae
 meae in insulis gentium currere faciam,
 et stagna vestra sive paludes redigam in
 ariditatem, ut in gentibus sit scientia
 Scripturarum, et in vobis doctrina ari-
 dilas.

Ad Bened. ant. Congregabo eos ab ex-
 tremis terra, inter quos erunt caecus et
 claudus: * quia factus sum Israelitae pater.
Jer. 31.

Oratio.

Oraes populi tui, quosumus Domine,
 elementer exaudi: ut qui de adventu
 unigeniti Filii tui secundum carnem
 letantur; in secundo, cum venerit in
 maiestate sua, primum obternitatis
 percipiant. Per eundem Dominum.

Ad Magnif. ant. Salvabo claudicantem,
 et dabo in laudem; * cum convertero cap-
 tivitatem vestram, dicit Dominus. Ioph. 3.

Feria V.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 43.

Et nunc haec dicit Dominus creans te
 Jacob, et formans te Israel: noli timere,
 quia redemi te, et vocavi te nomine tuo;
 meus es tu. Cum transieris per aquas,
 tecum ero, et flumina non operient te:

in ambulaveris in igne, non comburaris,
 et flamma non ardebit in te. * quia ego
 dominus Deus tuus, sanctus Israel, Salvator
 tuus, dedi propitiationem tuam Aegyptum,
 Aethiopiam et Saba pro te. Ex quo honora-
 bilis factus es in oculis meis et gloriosus,
 ego dilexi te; et dabo homines pro te, et
 populos pro anima tua. Noli timere,
 quia ego tecum sum: ab oriente adducam
 clementiam tuam, et ab occidente congregabo
 te. 9. Dicam aquiloni, da; et austro, noli
 prohibere; affer filios meos de longinquo,
 et filias meas ab extremis terrae. Et omnem,
 qui invocat nomen meum, in gloriam
 meam creavi eum, formavi eum et feci
 eum. Educ foras populum caecum, et
 oculos habentem; surdum, et aures ei
 sunt. Ego sum, ego sum Dominus, et non
 est absque me Salvator. Ego annuntia-
 vi et salvavi: auditum feci, et non fuit
 in vobis alienus. * Vos testes mei, dicit
 Dominus, et ego Deus. Et ab initio ego ipse,
 et non est, qui de manu mea creabit: operabor,
 et quis avertet illud? Hoc dicit Dominus re-
 emtor uester, sanctus Israel: propter vos
 misi in Babylonem, et detraxi vedes univer-
 sos, et Chaldaeos in navibus suis gloriantes.
 Ego Dominus sanctus uester, creans Israel,
 ex uester.

Ps. ex I. nocturno Dominica preced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 Invocatur apostolorum chorus, et prima
 iusti ecclesia de Iudeorum populo congre-
 gata, ut intelligat creatorem et factorem
 eum, qui et animo eius et corporis sit
 conditor. Nec timeat persecutores, quia

redemptus sit Christi sanguine, qui voca-
verit eum nomine suo: et ob familiarita-
tem specialiter appellet populum suum;
sed praedicet incunctanter, et nulla pericula
reformidet. quam obrem honorabilis fac-
tus est apostolorum chorus in conspectu
Dei, et dilectus ab eis, et unctorum homi-
num salus atque populorum, qui per
eos ad Evangelium sunt vocati, et repu-
tabuntur in salutem animarum eorum.
ab oriente enim et ab occidente adducam
filios tuos, qui requiescant in sinu Abra-
ham: et de universis mundi partibus fi-
liorum meorum et filiarum populus
congregabitur, qui vel in voce nomen
meum, vel meo vocentur nomine, ut
appelentur christiani in gloriam condi-
toris sui.

Ad Bened. ant. Derelinquam in medio
tui populum pauperem et egenum: *
et sperabunt in nomine Domini. Soph. 13.

Oratio Sac. Ambros.

Aspice de coelo et veni, et multiplica
fidem populi tui: ut per te consequatur
augmentum; per quem sumpsi exordium.
Qui vivis.

Ad Magnif. ant. Ego Dominus, exaudiam
pauperes: * Deus Israel non derelinquam
eos. Ps. 41.

Teria VI.

Lectio 1.

De Isaia propheta. cap. 44.

Haec dicit Dominus, qui deit in mari
viam, et in aquis torrentibus semitam,
qui educit quadrigam et equum, agmen
et robustum: simul obdormierunt, nec
resurgent: contriti sunt quasi linum,

et extincti sunt. et si memineritis priorum,
 Antiqua ne intueamini. Eue ego facio no-
 va, et nunc orientur inique cognoscebis ea:
 novam in deserto viam, et in invio flumina. *
 glorificabit me bestia agris, dracones et stru-
 tiones, quia dedi in deserto aquas, flumina
 in invio, ut irem populo meo, electo
 tuo. Populum istum formavi mihi, eandem
 rem narrabit. Non me invocasti Jacob,
 nec laborasti in me Israel. 9. Non obtu-
 listi mihi arietem holocausti tui, et vitu-
 nis tuis non glorificasti me: non te servire
 tui in oblatione, nec laborem tibi probui
 in thure. Non emisti mihi argento cala-
 mum, et adipe victimarum tuarum non
 inebriasti me. Verum tamen servire me
 tenuisti in peculis tuis, probuisti mihi labo-
 rem in iniquitatibus tuis. * Ego sum,
 ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas
 propter me, et peccatorum tuorum non
 recordabor. Reduc me in memoriam, et
 iudicemus simul: narra si quid habes, ut
 iustificeris. Pater tuus primus peccavit,
 et interpretes tui provaricati sunt in me.
 Contaminavi principes sanctos, dedi ad
 derneionem Jacob, et Israel in blas-
 phemiam.

Ep. ex II. Nocturno Dominico preced.

Leitio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 et precipio vobis, ut inter signa mea
 etque miracula, quibus in mari rubro
 etque Jordane populo meo aperta est via,
 equaquam memineritis veterum: quo-
 iam in Evangelio multo sum maiora
 factururus, quorum comparatione pro-
 verbia filii debeant. Nequaquam enim

ultra in mari rubro, sed in deserto totius
mundi reperiam viam. et ex unius flu-
vius sive fons erumpet de petra, sed
multa flumina, quo non corpora ul-
prius, sed animas sitientes reficiant.
Tu autem me laborare fecisti in peccatis
tuis, et onera iniquitatum tuarum
portare vix potui. Ego autem propter
me, quia misericors sum et patiens et
multarum miserationum, delebo omnes
iniquitates tuas in aspersione et sangui-
ne novi testamenti: delebo vetus chiro-
graphum, quod adversum te scriptum
erat; et peccatorum tuorum ultra non
recordabor: quo tibi, si credere volueris,
in baptis mate dimisurus sum. Reduc
ergo me in memoriam, si quid habes
iusti, quod respondeas mihi, libenter
accipiam: ut iudicemur simul, et arguas
me non fecisse tibi, quod facere debui.

Ad Bened. ant. Euc ego salvabo populum
meum, et erunt mihi in populum: et
ego ero eis in Deum in veritate et iusti-
tia. Zach. 8.

Oratio.

Quosumus omnipotens Deus: preces
nostras propitius respice, et tuo semper
nos viscera pietatis impende; ut qui ex
nostra culpa affligimur, te Salvatore
respiremus; Qui vivis.

Ad Magnif. ant. Salvabo et convertam
eos, quia miserebor eorum: et exultabit
cor eorum in Domino. Zach. 10.

Sabbatho.

Lesio I.

De Isaiâ propheta. cap. 44.

Nunc audi Jacob serue meus, et Israel
 rem elegi: hoc dicit Dominus faciens et
 firmans te, ab utero auxiliator tuus: noli
 timere serue meus Jacob, et recipime, quem
 legi. Effundam enim aquas super sitien-
 tes, et fluentia super aridam: effundam
 irribum meum super semen tuum, et
 in edificationem meam super stirpem tuam.
 Et germinabunt inter herbas, quasi sali-
 ces iuxta preterfluentes aquas. et gste
 uel: Domini ego sum; et ille vocabit
 in nomine Jacob; et huius scribet manusua:
 domino; et in nomine Israel assimilata-
 bitur. Hoc dicit Dominus rex Israel,
 et redemptor eius Dominus exercituum:
 ego primus et ego novissimus, et absque
 re non est Deus. quis similis mei? uocet
 et annuntiet, et ordinem exponat mihi,
 et quo constitui populum antiquum:
 et tura, et quo futura sunt, annuntiet
 is. 9. et nolite timere, neque conturbemi-
 ni: ex tunc audire te feci et annuntiaui:
 os estis testes mei. Numquid est Deus
 absque me, et formator, quem ego non
 uocavi? Memento horum Jacob et
 Israel, quoniam seruus meus es tu:
 firmavi te, seruus meus es tu Israel,
 et obliuiscaris. Deleui ut nubem iniqui-
 tates tuas, quasi nebulam peccata tua:
 et uertere ad me, quoniam redemi te. et
 hoc dicit Dominus redemptor tuus, et for-
 mator tuus ex utero: ego sum Dominus,
 sciens omnia, extendens coelos solus,
 et habitans terram, et nullus mecum:
 et uocans uerbum sui, et consilium nun-
 tiorum suorum complens. qui dico Jeru-
 salem: habitaberis; et ciuitatibus iuda:
 et edificabimini, et deserta eius suscitabo.

Ep. ex III. Vespurno Dominico preced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

Quum idola hominum scias esse figmenta,
ne obliviscaris creatoris tui. Quia quia
in adventu pueri mei, quem elegi pe-
nitens destruenda sunt, propterea tota
mentis aviditate cognosce, quod sicut
nubes et caligo et nebula vel solis calore
dissolvitur, vel vento raptante tenua-
tur: ita iniquitates tuas et universa
peccata, quibus prius me offenderas,
dissolvi faciam. Tu tantum revertere
ad me, et age poenitentiam, quia redi-
mendus es pretioso sanguine. Destructis
autem idolis, et iniquitatibus Israel
peccatisque deletis, describitur potentia
Dei, quod nequaquam ei grande sit redi-
mere Jacob. Iste igitur tantus ac talis,
quum profecti mysterii tempus adve-
nerit, ut cuncta idola destruantur, et
Dei solius nobilita predicetur in mundo;
omnia vaticinia divinorum et prophetarum,
et hariolorum signa atque portenta, qui-
bus humanum deciperunt genus, destruet
atque subvertet: et sapientiam philoso-
phorum, quo et ipsa erroris pars maxi-
ma est, stultam esse monstrabit, dum
nequaquam humanis cogitationibus
Dei probantur comprehendere sapientiam.
Qui etiam verbum pueri suae servitii
et consilium navitiorum eius rebus
explebit, apostolorum scilicet, omniumque
doctorum, qui voluntatem magistri sui
gentibus nuntiabunt.

Ad Bened. ant. Noli timere vermis Jacob,
qui mortui estis ex Israel: & ego auxiliatus
sum tibi, dicit redemptor tuus. Ps. 41.

Oratio Saur. Gelas.

effluentes, omnipotens Deus, in occursum
 illi tui Domini nostri: nulla impediant
 vera adus tenent; sed caelestis sapientia
 iudicio faciat nos eius esse confortes: cui
 cum vivit.

Adveperas. Duplex.Lectio ad. 13.

Deus ex semine David secundum promissio-
 nem eduxit Salvatorem Jesum, predicante
 Joanne ante faciem adventus eius baptis-
 mum poenitentiae omni populo.

Hy. br. hymnus et v. ut Dominica I. adventus.

Ad Magnif. ant. ante me non est for-
 natus Deus, et post me non erit: * ego
 Dominus, et non est absque me Salvator.

Ps. 43.

Oratio Saur. Greg.

Aurem tuam, quosumus Domine: pre-
 cibus nostris accommoda; et mentis
 nostro tenebras gratia tua visitationis
 illustra. Cui vivit.

Dominica III. adventus.Ad vigiliis nocturnas.

In vitat. et hymnus ut I. Dominica.

In I. nocturno.Lectio I.

De Isaiia propheta. cap. 51.

Audite me, qui sequimini, quod iustum
 est, et queritis Dominum: attendite ad
 petram unde excisi estis, et ad cavernam
 laii, de qua proci si estis. Attendite ad
 Abraham patrem vestrum, et ad Saram,
 quae peperit vos; quia unum vocavi
 eum, et benedixi ei, et multiplicavi
 eum.

R. Hoc dicit Dominus exercituum: reuer-
sus sum ad Sion, et habitabo in medio
Ierusalem; et uocabitur Ierusalem ciuitas
ueritatis. *V.* Saluos eos faciam et mun-
dabo eos, et erunt mihi populus, et ego
ero eis Deus. *et habitabo. Zach. 8. Ezech. 47.*

Lectio II.

Consolabitur ergo Dominus Sion, et
consolabitur omnes ruinas eius: et
ponet desertum eius quasi delicias, et
solitudinem eius quasi hortum Domini.
Gaudium et letitia inuenietur in ea,
gratiarum actio, et uox laudis. atten-
dite ad me populus meus, et tribus
mea me audite: quia lex a me exiit,
et iudicium meum in lucem populo-
rum requiescit. Prope est iustus meus,
egressus est Saluator meus, et brachia
mea populos iudicabunt: me insula
expectabunt, et brachium meum susti-
nebunt.

R. Hereditabunt terram electi mei,
qui requisierunt me: *et uos, qui*
dereliquistis Dominum, omnes conuictis.
V. Viriliter agite, et confortetur cor
uestrum, omnes qui speratis in Domino.
et uos. ff. 65. ps. 50.

Lectio III.

Leuate in coelum oculos uestros, et ui-
dete sub terra deorsum: quia coelificabitur
fumus liquefactus, et terra sicut vesti-
mentum atteretur, et habitatores eius
sicut hoc interibunt: salus autem mea
in sempiternum erit, et iustitia mea
non deficiet. Audite me, qui scitis ju-
stum; populus meus, lex mea in
corde eorum: nolite timere opprobrium

ominum, et blasphemias eorum ne
 retuatis. Sicut enim vestimentum,
 si comedit eos vermis; et sicut lanam
 si devorabit eos linca. Salus autem mea
 in sempiternum erit, et iustitia mea in
 generationes generationum.

Ps. Ego quasi nutritus Ephraim por-
 abam eos in brachiis meis, et nescierunt,
 quod curarem eos: et in vinculis adam-
 rahan eos, in vinculis charitatis. V.
 sanabo contusionem eorum, diligam
 eos spontanee; quia aversus est furor
 meus ab eis. et in vinculis. ps. ii. 14.

Lectio IV.

Confurge, confurge, induere fortitu-
 dinem brachium Domini: confurge
 sicut in diebus antiquis, in generatio-
 nibus seculorum. Numquid non tu
 recuperasti superbum, vulnerasti ~~domo-~~
~~ra~~ draconem! numquid non tu sic-
 asti mare, aquam abyssi vehementis:
 cui profuisti profundum maris viam, ut
 transirent liberati?

Ps. Ecce dies venient, dicit Dominus: et
 feriam domui Israel, et domui Juda
 foedus novum: et ego ero eis in Deum,
 et ipsi erunt mihi in populum. V. Dabo
 legem meam in visceribus eorum, et in
 corde eorum scribam eam. et ero. V.
 Gloria. et ero.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex epistola sancti Leonis Papae
 ad Flavianum. cap. 13.

Salva proprietate utriusque naturae et
 substantiae, et in unam coeunte personam,

Suscepta est a maiestate humilitas, a vir-
tute infirmitas, ab aeternitate mortalitas.
Et ad resolvendum conditionis nostrae
debitum natura inviolabilis natura
est unita passibili: ut quod nostris re-
mediis congruebat, unus atque idem
mediator Dei et hominum homo Iesus
Christus et mori posset ex uno, et mori
non posset ex aeterno. In integra ergo
veri hominis perfecta que natura ve-
rus natus est Deus, totus in suis, totus
in nostris.

R. Scriptum est: veniet ex Sion, qui cri-
piat, et avertat impietatem a Jacob:
* et hoc illis a me Testamentum unicum
abstulero peccata eorum. V. Ego sum
ipse, qui deleo iniquitates tuas propter
me, et peccatorum tuorum non recor-
dabor. * et hoc. Rom. ij. ff. 40.

Leitio VI.

Nostra autem dicimus, quo in nobis
ab initio Creator condidit, et quo re-
paranda suscepit: nam illa, quo deceptus
intulit, et homo deceptus admisit,
nullum habuere in Salvatore vestigi-
um. Nec quia communionem huma-
narum subit infirmitatum, adeo
nostrorum participis fuit delictorum.
assumpsit formam servi sine sordibus peccati,
humana augens, divina non minuens:
quia exinanitio illa, quae se invisibilis
visibilem praeiuit, et Creator ac Dominus
omnium rerum unus voluit esse mor-
talium, inclinatio fuit miserationis,
non defectio potestatis.

R. Te adorabunt, teque deprecabuntur;
tantum in te est Deus, absconditus et non

Et absque te Deus: & vere tu es Deus ab-
 onditus; Deus Israel. Salvator N. Christus
 in seipsum exina nivit formam servi
 accipiens, in similitudinem hominum
 factus. & vere. Isa. 48. Philip. 2.

Lectio VII.

Proinde qui manens in forma Dei fecit
 minem, idem in forma servi factus est
 homo. Tenet enim sine defectu proprietatem
 iam utraque natura; et sicut formam servi
 ei forma non adimit, ita formam Dei servi
 forma non minuit.

Et. Erunt oculi tui videntes preceptorem
 tuum, & aures tuo audient verbum mo-
 rentis: haec est via, ambulate in ea. V. Ego
 Dominus Deus tuus docens te utilia, quae-
 rans te in via, qua ambulat. Isa. 50. et 48.

Lectio VIII.

Nam quia gloriabatur diabolus, homi-
 nem sua fraude deceptum divinis carnis
 numeribus, et immortalitatis dote nu-
 dum duram mortis subire sententiam,
 eque in malis suis quoddam de provarica-
 ris consortio invenire solatium: Deum
 uoque, iustitiae exigente ratione, erga
 minem, quem in tanto honore considerat,
 propriam nullae sententiam: opus fuit
 crebri dispensatione consilii, ut incom-
 mutabilis Deus, cuius voluntas non
 dest sua benignitate privari, primam
 erga nos pietatis suae dispositionem sacra-
 mento occultiore compleret; et homo
 diabolo iniquitatis versutia actus in
 seipsum, contra Dei propositum non periret.

Et. Sicile pusilla nimis: confortamini
 et nolite timere: & Deus ipse veniet, et

salvabis vos. & venit Filius hominis quere-
 re, et saluum facere, quod perierat.
 * Deus ipse. & gloria. * Deus. Off. 23. Luc. 19.

In III. Nocturno.

Ant. Cantica et V. ult. in I. Dominica.

Leitio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
 ad Romanos. cap. 3.

Quid amplius Judaeo est? aut quo utili-
 tas circumcisionis? multum per omnem
 modum. Primum quidem, quia credita
 sunt illis eloquia Dei. quid enim, si qui-
 dam illorum non crediderunt? numquid
 incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?
 absit. Est autem Deus verax, omnis autem
 homo mendax, sicut scriptum est. ut
 justificeris in sermonibus tuis, et vincas
 cum judicaris. Si autem iniquitas nostra
 justitiam Dei commendat, quid dicemus?
 Numquid iniquus est Deus, qui infert
 iram? secundum hominem dico. absit.
 alioquin quomodo judicabit Deus hunc
 mundum? Si enim veritas Dei in meo men-
 dacio abundavit in gloriam ipsius: quid
 adhuc et ego tamquam peccator judicor?
 et non, sicut blasphemamus, et sicut aiunt
 quidam nos dicere: faciamus mala, subve-
 niant bona; quorum damnatio justa est.
 R. Revertamur ad Dominum: quia ipse
 cepit, et sanabit nos: & quasi diluiculum
 preparatus est egressus ~~est~~ eius. V. Has
 habentes promissiones, mundemus nos
 ab omni iniquitate carnis et spiritus.
 & quasi. Off. 6. 2. Cor. 4.

Leitio X.

Quid ergo? precellimus eos? nequaquam.

usati enim sumus, Iudeos et grecos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: *uia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Simus autem, quoniam quocumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur; ut uine os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram Deo. Per legem enim cognitio peccati, et tunc uine sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege et prophetis.*

Et scriptum est: uisus ego dixit Dominus, & quoniam mihi flebitur omne genu, et omnis lingua confitebitur Domino. Et in memetipso iuravi, egredietur de ore mea iustitia uerbum, et non reuertetur. quoniam. Rom. 14. ff. 45.

Lectio XI.

Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, et super omnes, qui credunt in eum; non enim est distinctio: omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, que est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitie sue, propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore: ut et ipse iustus, et iustificans eum, qui est ex Deo Iesu Christi.

Et ecce Dominus Deus noster in fortitudine ueniet, et brachium eius dominabitur: ecce uerces eius cum eo, et opus illius coram illo. Filius hominis uenturus est, et tunc reddet unicuique secundum opera eius. & ecce merces. l. 40. Matth. 16.

Ubi est ergo gloria tua? exclusa est.
Per quam legem? factorum? non: sed per
legem fidei. Arbitramur enim, justificari
hominem per fidem sine operibus legis.
An Iudeorum Deus tantum? nonne et
gentium? immo et gentium. Quoniam
quidem unus est Deus, qui justificat cir-
cumcisionem ex fidei et propter fidem
per fidem. Legem ergo destruimus per
fidem? absit: sed legem statuimus.

R. Usque ad senectam ego ipse, et usque
ad canos ego portabo: & ego feci, et ego fe-
ram; ego portabo et salvabo. V. et non desi-
nam eis benefacere, et timorem meum
dabo in corde eorum. & ego feci. V. gloria.
& ego feci. Ps. 46. Jer. 52.

Sequentia sancti Evangelii:
Secundum Joannem. cap. j.

In illo tempore: Miserunt Iudaei ab Je-
rosolymis sacerdotes et Levitas ad Joannem,
ut interrogarent eum: tu quis es? Et con-
fessus est, et non negavit, et confessus est:
quia non sum ego Christus. Et interroga-
verunt eum: quid ergo? Elias es tu? Et
dixit: non sum. Propheta es tu? Et respon-
dit: non. Dixerunt ei: quis es, ut responsum
demus eis, qui miserunt nos? Quid dicis
de te ipso? Ait: ego vox clamantis in de-
serto: dirigite viam Domini, sicut dixit
Isaias propheta. Et qui mihi fuerant,
erant ex Phariseis: Et interrogaverunt
eum, et dixerunt ei: quid ergo tu baptizas,
si tu non es Christus, neque Elias, neque
propheta? Respondit eis Joannes, dicens:
ego baptizo in aqua; medius autem vestrum
stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post
me venturus est, qui ante me factus est,

ius ego non sum dignus, ut solvam
 strigiam calceamenti. Hoc in Bethania
 ubi sunt trans Jordanem, ubi erat Joan-
 nes baptizans.

Ad Laudes matutinas et horas.

lectio, Ps. lx. hymnus, etc. ut in I. Dominica.

Ant. Bened. ant. Ego baptizo in aqua: * me-
 us autem vestrum stetit, quem vos nes-
 citis. Jo. i.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Primam.

Ant. Veni ex Sion, qui eripias, * et
 avertas impietatem a Jacob. Rom. ii.

Ad Tertiam.

Ant. Mundamini: procedet vos Domi-
 nus: * et congregabit vos Deus Israel. Ps. 52.

Lectio Philip. 4.

gaudete in Domino semper; iterum dico:
 gaudete; modestia vestra nota sit omni-
 bus hominibus: Dominus prope est.
 R. Videbitur Dominus in gloria sua:
 V. Et populus, qui creabitur, laudabit
 Dominum. Ps. 101.

Ad Sextam.

Ant. Salvos eos faciam, et emundabo eos: *
 Verunt mihi populus, et ego ero eis Deus.
 Ez. 637.

Lectio Philip. 4.

Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione
 et obsecratione, cum gratiarum actione,
 petitiones vestrae innotescant apud Deum.
 R. Deus virtutum converte nos:
 V. Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ps. 43.

Ad Nonam.

Ant. Dabo eis cor unum, et viam unam: *

ut timeant me uniuersis diebus, et benefi-
eis. Ger. 52.

Lectio. Ger. 55.

Erit mihi in nomen, et in gaudium, et in
laudem, et in exultationem cunctis gentibus
terre, quo audierint omnia bona, que ego
facturus sum eis.

V. Benefac Domine bonis:

R. Et rectis corde. Ps. 124.

Ad Vesperas.

Si hodie sit dies XVII. Decembris:
antiphona ut ad horas.

Lectio Ger. 58.

Reuertetur Jacob, et quiescet, et cunctis
affluet bonis, et non erit, quem formidet,
quoniam tecum ego sum, ait Dominus,
ut saluem te.

R. Et hymnus ut I. Dominica.

V. Fiat pax in uirtute tua:

R. Et abundantia in turribus tuis. Ps. 121.

Ad Magnif. ant. Qui post me venturus
est, ante me factus est: & cuius ego non
sum dignus, ut solvam eius corrigiam
calceamenti. Jo. 1.

Rubrica.

Si hodie sit dies XVII. Decembris, uespere
dicuntur, ut infra post Dominicam IV.
notatur, cum oratione tantum ex hodie-
na Dominica: Et tota sequens hebdomada,
seu lectiones, antiphona et orationes
omittuntur, quo tunc dicuntur, ut postea
diebus suis notantur. exceptis dumtaxat
orationibus miseris quatuor temporum,
que dicuntur per horas etiam post diem
XVII. prout occurrunt. generaliter ergo
quandocumque adueniente die XVII. ad
II. uesperas cessant omnia, quo hic pro

69.
riis assignantur, et quod pro sequenti-
bus propriis illis diebus assign-
ata: id quod et pro sequentibus feriis
volandum.

Feria II.

LECTIO I.

De Isaia propheta. cap. 51.

Inunc qui redempti sunt a Domino, rever-
entur, et venient in Sion laudantes, et
letitia sempiterna super capita eorum,
gaudium et letitiam tenebunt, fugiet
olor et gemitus. Ego, ego ipse consola-
bor vos: quis tu, ut times ab homine
mortali, et fa filio hominis, qui quasi
foenum ita arefcet! Et oblitus es Domini
factoris tui, qui te tendit coelos, et fundavit
terram: et formidasti jugiter tota die a-
lacie furoris eius, qui te tribulabat, et
paraverat ad perdendum: ubi nunc est
furor tribulantis? * Cito veniet gradicus
aperiendum, et non interficiet usque
ad intercessionem, nec deficiet panis eius.
Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui
conturbo mare, et intumescunt fluctus
eius: Dominus exercituum nomen meum.
Posui verba mea in ore tuo, et in umbra
naris meae protexi te, ut plantes coelos,
et fundes terram, et dicas ad Sion: populus
neus es tu. ¶ Elevare, elevare, con surge
Jerusalem, quae bibisti de manu Domini
calicem irae eius: usque ad fundum calicis
oporis bibisti, et potasti usque ad foveas.
Non est, qui sustentet eam ex omnibus
liliis, quos genuit: et non est, qui appre-
hendat manum eius ex omnibus filiis,
quos enutrivit. * Quia audio hoc pauper-
ula, et ebria non a vino. Hoc dicit Dominator

Inus Dominus et Deus tuus, qui pugnabit
pro populo suo: ecce tibi de manu tua cali-
cem soporis, fundum calicis indignationis
mee, non adicies, ut bibas illum ultra.
Et ponam illum in manu eorum, qui te
humiliaverunt, et dixerunt anima tuo:
incurvare, ut transeamus, et profuisti
ut terram corpus tuum, et quasi viam
transeantibus.

R. R. ex I. nocturno dominica preced.

Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.

Ubi est nunc persecutorum superbia? ubi
potentia secularis, qua in te ore rabido serie-
bant? Cite veniet filius meus, gradicus et
conculcans adversarios suos, ut aperiat tibi
viam victorie, sive ut inferos reseret: qui
non interficiat usque ad internecionem,
sed velit salvare conversos. Denique panis
illius, qui interpretatur Evangelio probante
doctrina, numquam deficiet; sed semper
volentibus ad vescendum patebit. Simulque
apostropham facit ad Filium, quem cito
promittit esse venturum; et cuius panem
dicit esse perpetuum: quod ipse filius iuxta
dispensationem carnis apumbe Dominus
Deus eius, qui conturbari faciat mare, et
intumescere fluitus eius; et adversum
seruos suos persecutorum inflectur super-
bia, quo iterum auxiliante Domino con-
quiescat. Dicitque, quod profuerit verba sua
in ore eius. Quidquid enim Filius loquitur,
verba Patris sunt: et in umbra manus
sue protexit eum: Et idcirco protectus fit,
ut plantet caelos novos, et fundat terram
novam, et dicat ad Sion, hoc est ad Eusepiam,
populus meus es tu. Ergo Sion non est
alia, nisi populus Dei.

Ad Bened. ant. Scient omnes gentes: &
quia est, qui redimat et liberet Israel.
Matth. 4.

Oratio.

Prosta quo sumus omnipotens Deus: ut
qui pro peccatis nostris meremur affligi;
per adventum Filii tui a cunctis aduer-
sitatibus liberemur. Per eandem Dominam.

Ad Magnif. ant. Bonas facite vias vestras
et studia vestra: & habitabo vobiscum.
Jer. 4.

Feria III.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 54.

Lauda sterilibus, quae non parit: decanta
laudem et hinni, quae non parietbas:
quoniam multi filii deserti, magis
quam eius, quae habet virum, dicit Do-
minus. Dilata locum tentorii tui, et
pelles tabernaculorum tuorum extende,
ne parcas: longos fac funiculos tuos, et
clavos tuos consolida. ad dexteram enim
et ad levam penetrabis, et semen tuum
gentes hereditabit, et civitates desertas
inhabitabit. & noli timere, quia non
confunderis, neque erubesces: non enim
te pudebit, quia confusionis adolescentie
no oblivisceris, et opprobrii viduitatis
tuae non recordaberis amplius. quia domi-
rabitur tuis, qui fecit te, Dominus exerci-
tuum nomen eius: et redemptor tuus
sanctus Israel Deus omnis terrae vocabitur.
¶ Quia ut mulierem derelictam et ma-
rentem spiritu vocavit te Dominus, et
uxorem ab adolescentia abjectam, dixit
Deus tuus. Ad punctum in modico dere-
liqui te, et in miserationibus magnis
congregabo te. In momento indignationis
abscondi faciem meam parumper a te,

et in misericordia sempiterna miseratus
 sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.
 * Sicut in diebus et hoc istud mihi est, cui
 iuravi, ne inducerem aquas et hoc ultra
 super terram: sic iuravi, ut non irascer
 tibi, et non increpem te. Montes enim
 commovebuntur, et colles contremis-
 cent: misericordia autem mea non
 recedet a te, et foedus pacis meae non mo-
 vebitur: dixit miserator tuus Dominus.
 R. R. ex II. c. Vespurno Dominico proced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
 Ut credat sanctorum congregatio miseri-
 cordiam Domini sempiternam, et ideo
 ad punctum et breve eos esse desertos, ut
 in amicitiam Dei aeterno foedere iunge-
 rentur; ponit exempla maiorum di-
 cens: quomodo universo orbe peccante,
 postquam corruptis omnis terra viam
 Domini, inductum est diluvium, et
 cum auctoribus cunctis peccatorum
 cuncta peccata deleta sunt, et in uno ho-
 mine hoc humanum servatum est genus:
 cui iuravi, ne quaquam terris inducen-
 dum esse diluvium; et sponsio mea
 hucusque servata est, nec umquam
 irrita fiat. Sic iuro ecclesiam meam, quam
 mihi redemi sanguine meo, nequaquam
 me iratum fore his, quorum miseratus
 sum; nec meam clementiam ulla in-
 crepationis duritia commutandam.
 Facilius enim montes movebuntur et
 colles, quam mea sententia commutabitur.
 Hac est autem, inquit, misericordia mea:
 ut foedus pacis, quo mihi reconciliatus
 est mundus, non merito eorum, quibus
 datum est, sed mea clementia conservetur.

In Bened. ant. Clama ad me, et exau-
dante: * et suscitabo verbum bonum,
quod locutus sum ad omnia Israel. Jer. 35.

Oratio.

Porrigere nobis Domine dexteram tuo
generationis, et veni: et peccata nostra
propitiatus absolue. Qui vivis.

De Magnif. ant. Ego, ego ipse consolabor
vos: * Dominus exercituum nomen
meum. Ps. 51.

Teria IV.

Quatuor temporum.

Lectio I.

De Isaiâ propheta. cap. 56.

Hoc dicit Dominus: custodite iudicium,
et facite iustitiam: quia iuxta est salus
mea ut veniat, et iustitia mea ut recu-
lebur. Beatus vir, qui facit hoc, et filius
hominis, qui apprehendet istud: custo-
diens sabbatum, ne polluat illud, custo-
diens manus suas, ne faciat omne malum.
Et non dicat filius advena, qui adheret
Domino, dicens: separatione dividet me
Dominus a populo suo. Et non dicat eu-
nuchus: eue ego lignum aridum. quia
hoc dicit Dominus eunuchis: qui custo-
derint sabbata mea, et elegerint, quo
ego volui, et tenuerint foedus meum:
abo eis in domo mea, et in muris meis
locum, et nomen melius a filiis et
filiabus; nomen sempiternum dabo eis,
quod non peribit.

R. G. ex III. et nocturno dominicae preced.

Lectio II.

Et filios advena, qui adherent Domino,
et colant eum, et diligant nomen eius,
et sint ei in servos: omnem custodientem
sabbatum ne polluat illud, et tenentem

foedus meum, adducam eos in montem sanctum meum, et laudificabo eos in domo orationis meae: holocausta eorum et victimae eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.

Lectio III.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Ser. 2. de ieiun. Dec. mensis.

Quod temporis ratio et deuotionis nostrae admonet consuetudo, pastoralis uobis, dilectissimi, sollicitudine predicamus decimum mensis celebrandum esse ieiunium, quo pro consummata perceptione omnium fructuum dignissime largitori eorum Deo continentiae libamen offeritur, quod enim potest efficacius esse ieiunio, cuius obseruantia adpropinquamus Deo, et resistentes diabolo uicia blanda superamus. Semper uirtutibus ieiunium fuit. De abstinentia procedunt caste cogitationes, rationabiles uoluntates, salubriora consilia: et per uoluntarias afflictiones caro concupiscentiis meretur uirtutibus Spiritus innovatur. Sed quia non solo ieiunio animarum nostrarum salus adquiritur, ieiunium nostrum misericorditer pauperum supplicamus. Impendamus uirtuti, quod subtrahimus uoluptati. Fiet refectio pauperis abstinentia ieiunantis. Studeamus uiduarum defensionem, pupillarum utilitati, lugentium consolationi, dispendium pacis. Suscipiatur peregrinus, adiuetur oppressus, uestiatur nudus, foveatur egrotus, ut quicumque nostrorum de iustis laboribus auctori bonorum omnium Deo sacrificium huius pietatis obtulerit, ab eodem regni caelestis premium percipere mereatur.

Jejunium decimum (mensis) erit do-
 nique in gaudium et in solemnita-
 tes proclaras: & veritatem et pacem
 diligite. V. In spiritu sancto orantes
 vos meliorem in dilectione Dei servate,
 & spectantes misericordiam Domini nostri
 Iesu Christi. & veritatem. V. gloria. &
 veritas. Psalm. 8. Ep. Jude.

Ad Bened. ant. Dabo eis cor unum et
 viam unam: & ut timeant me universis
 diebus, et bene sint eis. Jer. 32.

Oratio Sae. gelas.

Proستا, quo sumus, omnipotens Deus.
 ut redemptionis nostrae ventura solem-
 nitas et praesentis nobis vite subsidia
 conferat; et aeterno beatitudinis premia
 largiatur. Per Dominum.

Hec oratio dicitur ad omnes horas, etiam in
 vesperis.

De Magnif. ant. Veniet ex Sion, qui
 ripiat, & auerlat impietatem a Jacob.
Rom. 11.

Teria V.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 57.

Pro quo sollicita timuisti, quia merita
 tua, et mei non es recordata, neque cogitasti
 in corde tuo? quia ego taceo, et quasi non
 videro, et mei oblitas. Ego annuntio
 iustitiam tuam, et opera tua non prode-
 iunt tibi. & Cum clamaveris, liberent
 te congregati tui, et omnes eos auferent
 ventus, tollet aura: qui autem fiduciam
 habet mei, hereditabit terram, et possidebit
 montem sanctum meum. Et dicam: viam
 facite, probete iter, declinate de semita,
 auferite offendicula de via populi mei.

¶ Quia hoc dicit. excelsus et sublimis, habitans eternitatem, et sanctum nomen eius in excelsis, et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, et vivificet cor contritorum. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascer. quia spiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam. * Propter iniquitatem avaritie eius iratus sum et percussi eum: abscondi a te faciem meam et indignatus sum: et abiit vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, et sanavi eum, et reduxi eum, et reddidi consolationes ipsi et lugentibus eius: creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, et qui prope, dixit Dominus, et sanavi eum.

Ps. ex I. Nocturno Dominicae preced.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri. Post abjectionem populi Iudeorum, et eorum, qui in Salvatore credere noluerunt, pollicitus fuerat habentibus in se fiduciam terram militum montemque sanctorum, et apostolis preceperat: viam facite populo revertenti, et omnia de medio scandala tollite. ac ne incredibile videretur, exponit potentiam suam, quod excelsus et magnus facile populo penitentibus veniam tribuere, et iustum fit, ut creator misereatur creaturae suae. Propter quod iungit, quod iratus fit et contristaverit populum suum, idcirco se fecisse, quia peccaverit, et iniquitatis avaritiam habuerit; nec una fuerit iniquitate contentus, sed semper addiderit

ceata peccatis. Et percussus, inquit, eum
 in brevis, ut sanarem, et abscondi, sub-
 ditur, faciem meam, ut magis me desi-
 eraret. Et ambulavit mœrens, sine con-
 versus in via cordis sui, ut non ad faciem
 hominum, sed in corde ageret poeniten-
 tiam. Propterea videns vias conversionis
 eius, sanavi vulnera, quibus eum ante
 recuperam: et reduxi eum ad me, quem
 prius eieceram, et reddidi ei consolationem
 et misericordiam. Multa enim falsa sunt conso-
 lationes, quibus genus decipitur humanum.
Ad Bened. ant. Timorem meum dabo in
 corde eorum: et ut non recedant a me. Jer. 32.

Oratio San. gelas.

Prostra misericors Deus: ut ad suscipiendum
 Filii tui singulare oblativitalis mysterium
 et mentes credentium preparentur, et
 non credentium corda subdantur. Per
 eundem Dominum.

Ad Magnif. ant. Salvos eos faciam, et
 emundabo eos: et erunt michi populus,
 et ego ero eis Deus. Exech. 37.

Tertia VI.

Quatuor temporum.

Lectio I.

De Isaia propheta, cap. 58.

Etama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem
 tuam, et annuntia populo meo scelera
 eorum, et domui Jacob peccata eorum.
 Ne etenim de die in diem quorunt, et scire
 vias meas volunt: quasi gens, quae iustitiam
 fecerit, et iudicium Dei sui non dereliquerit:
 rogant me iudicia iustitiae, appropinquare
 Deo volunt. Quare jejunavimus, et non
 respexisti? humiliavimus animas nostras,
 et nescisti? Ecce in die jejunii vestri invenitur
 voluntas vestra, et omnes debitores vestros
 cepistis.

Ep. R. ex II. Abt. Dominico precedentis.

Lectio II.

Ecce ad ceteras et contentiones jejunatis, et
percutitis pugna impie. Nolite jejunare,
sicut usque ad hanc diem, ut audiat in
excesso clamor uester. Numquid tale est
jejunium, quod elegeri, per diem affligere
hominem animam suam? numquid con-
torquere quasi circulum caput suum, et
saccum et cinerem sternere? numquid
istud vocabitis jejunium, et diem acceptabi-
lem Domino? Nonne hoc est, magis je-
junium, quod elegeri? Dissolve colligatio-
nes impietatis, solve fasciculos depri-
mentales: Dimitte eos, qui confradunt,
liberos, et omne onus dirumpe. Frange
esurienti panem tuum, et egenos vagosque
induc in domum tuam: cum videris nu-
dum, operi eum, et carnem tuam ne
despexeris.

Lectio III.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. 2. de jejun. Dec. mensis.

In Dominico agro, dilectissimi, cuius
operarii sumus, oportet nos prudenter
atque vigilanter spiritalem exercere cul-
turam, ut perseveranti industria, quo
legitimis temporibus fuerit exsequenda,
curantes, de sanctorum operum fruge lo-
temur. Quo si pigro otio et inertii desidia
negligantur, terra nostra nihil generosi
germinis pariet, et spinis ac tribulis sub-
dita, non producat, quae condeuda sint horreis,
sed quae urenda sint flammis. Ager autem
iste, dilectissimi, roborante desuper gratia
Dei, fide munitur, jejuniis exercetur, elec-
mosynis fertur, orationibus foecundatur.

In inter plantationes rigationesque nostras
 nullius amaritudinis radix pullula nec
 incrementa cuiusque noxia stirpis
 Mollant; seu enecat omnifemine vitio-
 um conualescat seges cetera virtutum.
 In quam diligentiam omnis quidem nos
 tempore pietatis magister adhortatur:
 Sed in his diebus, qui huic operi specialius
 sunt prestituti, maior animositas, et
 cura est excitanda ferventior; ne quod
 vnum est, agere non indictum, impium
 sit negligere predicatum.

R. Hoc est ieiunium, quod elegi dicit Domi-
 nus: * frange esurienti panem tuum, et
 egenos vagosque induc in domum tuam. V.
 Cum venerit filius hominis, dicit his, quia
 vultus eius erunt: venite, esurivi enim, et
 dedistis mihi manducare; hospes eram, et
 collegistis me. * frange. Ps. 112. v. 5.
gloria. * frange. ps. 58. c. Matth. 25.

U. Bened. ant. Domine dabis pacem nobis: *
 omnia enim opera nostra operatus es nobis.
Ps. 26.

Oratio Saur. Gelas.

Excita, quesumus Domine, potentiam
 meam et veni: ut hi, qui in tua pietate
 confidunt, ab omni ciliis adversitate libe-
 rentur. Qui vivis.

De Magnif. ant. Ego scio cogitationes, quas
 ego cogito super vos: * cogitationes pacis et
 non afflictionis. Ger. 29.

Sabbato

Quatuor temporum.

Lectio I.

De Isaiâ propheta. cap. 58.

Erumpet quasi mane lumen tuum, et sani-
 tas tua ciliis ovetur, et ante te ibid faciem

tuam iustitia tua, et gloria Domini collige te. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet: clamabis, et dicit. ecce adsum, si a bestuleris de medio tui catenam, et despicis extendere digitum, et loqui, quod non prodest. cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebre tuae erunt, sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et opera tua liberalit. Et erit quasi hortus irriguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae. Et edificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis et generationis fuscilabis: et vocaberis edificator sepium, auertens semitas in quietem.

Ex III. et oct. Dominica procedentis.

Lectio II.

Si uerteris a sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, et uocaberis sabbatum delicatum, et sonitum Domini gloriosum, et glorificaberis cum, dum non facis uias tuas, et non inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino, et sustolam te super acutudines terre, et cibabo te hereditate Jacobi patris tui: os enim Domini locutum est.

Lectio III.

De Sermone sancti Leonis papa. l.c.

Decimi mensis jejunium, ad quod charitatem uestram religioso proposito nouimus preparatam unanimiter auxiliante Christo celebrantes, hortamur mouentes, ut unusquisque secundum mensuram possibilitatis, quam accepit a Deo, in bonis operibus nitescat.

nia et inimici nostri, qui nostra sancti-
 catione torquentur, in his diebus, quos
 ad maiorem observantiam nobis dispositos
 se noverunt, vehementius faciunt, et
 subtiliore insidiantur astutia, ut aliis im-
 mittendo metum inopia de largitatis ex-
 censis, aliis immittendo tristitiam de labore
 jejunii quam plurimos a consorcio huius
 creationis abducant. Contra quas tenta-
 tiones, dilectissimi, vigilete in nobis p[ro]cor-
 dis intentio, et a christianis mentibus co-
 mpilationes diffidentie repellantur. Et odium
 est enim, quod pauperis satis est nec victus
 illius, nec vestitus onerosus est. Aliter enim
 est, quod defuit: vile est, quod fuit, et nuditas,
 que indiget operiri, non potest ornari. Et
 amen Dominus noster tam p[ro]coris prius operum
 rostrorum arbiter, tam benignus est estimator,
 ut etiam pro calice aquae frigidae sit
 premium redditurus. Et quia iustus inspector
 est animorum, non impendium solum operis,
 sed etiam affectum est remuneraturus ope-
 rantis.

¶ Qui proicit avaritiam ex calumnia,
 Ne excutit manus suas ab omni munere;
 nec claudit oculos suos, ne videat malum: et
 regem in decore suo videbunt oculi eius.

¶ Uniuscuiusque opus dies Domini ~~de~~
 declarabit, si cuius opus manserit, merce-
 rem accipiet. et regem. (si sit ultimum) et
 gloria. et regem. ps. 55. i. Cor. 5.

Obened. ant. Erunt prava in directas, et
 aspera in vias planas. Luc. 5.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui conspicias, quia ex nostra pravitate
 affligimur: concede propitius, ut ex tua vi-
 latione consolemur. Qui vivis.

Ad vesperas. Duplex.

Lectio. Ps. br. hymnus V. et antiphona
ut infra, secundum ordinem diei.

Oratio Sac. Gelas.

Excita, quo sumus Domine, potentiam
tuam et veni, et magna nobis virtute
succurre: ut per auxilium gratie tue,
quod nostra peccata propediunt, indul-
gentia tua propitiationis aucleret.

Qui vivis.

Dominica IV. adventus.

In vit. hymnus, V. lectiones ac Ps. Ps.

I. Nocturni, ut infra juxta ordinem dierum
notantur.

In II. Nocturno.Lectio V.

Ex libro Sancti Cypriani episcopi et
Martyris de idolorum vanitate.

Quod Christus sit, et quomodo per ipsum
nobis salus venerit, si est ordo, sic ratio.
Judeis primum erat apud Deum gratia.
Si olim iusti erant, si maiores eorum
religionibus obediebant. Unde illis et regni
subtilitas floruit, et generis magnitudo
provenit. Sed illi negligentes, indiscipli-
nati et superbi postmodum facti, et
fiducia patrum inflati, dum divina
praecepta contemnunt, datam sibi gra-
tiam perdididerunt. Quam vero fuerit
illis profana vita, quo contracta sit vio-
lata religionis offensa, ipsi quoque
testantur; qui etsi voce tacent, ex exitu
confitentur: dispersi et palabundi vagan-
tur, soli et caeli sui profugii per hospitia
aliena jactantur. Nec non Deus ante
prodixerat, fore, ut vergente seculo et
mundi fine iam proximo, ex omni gente
et populo et loco cultores sibi allegeret

eius multo fideliores et melioris obsequii;
 qui indulgentiam de divinis muneribus
 laurirent, quam acceptam Judaei contemp-
 tis religionibus perdidissent.

R. Consolabitur Dominus ruinas Sion,
 et ponet desertum eius quasi delicias: *
 prope est justus meus, egressus est salva-
 tor meus. V. Prope est verbum in ore tuo,
 et in corde tuo: hoc est verbum fidei. & pro-
 pe. Isa. 51. Rom. 10.

Lectio VI.

Huius igitur indulgentiae, gratiae, disci-
 plinaeque arbiter et magister, sermo et
 Filius Dei mittitur, qui per prophetas
 omnes retro illuminator et doctor hu-
 mani generis predicabatur. Hic est virtus
 Dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria.
 Hic in virginem illabatur, carnem spiritu
 Sancto cooperante induitur. Deus cum
 homine miscetur. Hic Deus noster, hic Chri-
 stus est, qui mediator duorum, hominem
 induit, quem perducit ad patrem. Quod
 homo est, esse Christus voluit, ut et homo
 profiteretur, quod Christus est. Sciebant et
 Judaei, Christum esse venturum. etiam
 hic illis semper, prophetis admonentibus,
 annuntiabatur: sed significato duplici
 eius adventu, uno, qui exercitio et exem-
 plo hominis fungeretur, altero, qui Deum
 fateretur: non intelligendo primum
 adventum, qui passione procepit oculis
 tantum tantum credunt, qui eruditia
 potestate manifestus. quod autem hoc
 Judaeorum populus intelligere non potuit,
 delictorum meritum fuit. Sic erant
 sapientiae et intelligentiae cecitate mul-
 tati, qui vultu indigni essent, haberent
 vultum ante oculos, nec viderent.

R. Eue oculi Domini Dei super regnum
peccans, et conteram illud a facie terra: *
verum tamen conterens non conteram
domum Jacob. V. Dico vobis: auferetur
a vobis regnum Dei, et dabitur genti
facienti fructus eius. * verum tamen.
amos 9. Matth. 21.

Lectio VII.

Itaque quum Christus Iesus, secundum
a prophetis ante predicta, uerbo et uocis
imperio demonia de hominibus excute-
ret, paralyticos restringeret, leprosos
purgaret, illuminaret cecos, claudis
gremium daret, mortuos rursus animaret,
cogeret sibi elementa famulari, seruire
uentos, maria obedire, inferos cedere:
Iudaei, qui illum crediderant hominem
tantum de humilitate carnis et corpo-
ris; existimabant magum de licentia
potestatis.

R. Aspiciebam donec regnum et potestas
detur populo sanctorum aeterni: *
cuius regnum regnum sempiternum
est, et omnes gentes seruiant ei. V. Factum
est regnum huius mundi, Domini nostri
et Christi eius. * cuius. Ian. 7. apoc. 11.

Lectio VIII.

Hoc eos facturos et ipse praedixerat, et
Prophetarum omnium testimonium
sui ante preceperat; oportere illum pati,
non ut sentiret tantum mortem, sed
ut uinceret; et quum pater esset, ad
superos deus regredi, ut uim diuinae maie-
statis ostenderet. Idem itaque rerum
cursum impleuit. Hunc comitamur, hunc
sequimur, hunc habemus itinervis ducem,
lucis principem, salutis auctorem, scellum
pariter et patrem querentibus et cre-
dentibus pollicentem. quod est Christus,

rimus Christiani, si Christum fuerimus
imitati.

R. Prophetam suscitabo eis de medio fra-
trum suorum: & qui autem verba eius,
que loquebatur in nomine meo, audire
noluerit, ego uelut existam. V. Ponam
verba mea in ore eius, loquebaturque ad
eos omnia, que precepero illi. & qui. V.
gloria. & qui. Leut. 18.

In III. Nocturno.

antiph. cantica et V. ut in Dominica I.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. 4.

Quid dicemus invenisse Abraham patrem
nostrum secundum carnem? Si enim abra-
ham ex operibus justificatus est, habet
gloriam, sed non apud Deum. quidem enim
dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, et
reputatum est illi ad justitiam. Et autem,
qui operatur, merces non imputatur se-
cundum gratiam; sed secundum debitum.
Et vero, qui non operatur, credentia autem
in eum, qui justificat impium, reputatur
fides eius ad justitiam secundum propo-
situm gratie Dei. Sicut et David dicit beati-
tudinem hominis, cui Deus accepto fert
justitiam sine operibus: beati, quorum
remissa sunt iniquitates, et quorum tecta
sunt peccata: beatus vir, cui non imputa-
vit Dominus peccatum.

R. Mittam vobis Eliam prophetam, ante-
quam veniat dies Domini: & convertet
cor patrum ad filios, et cor filiorum ad
patres. V. Elias cum venerit primo, re-
stituet omnia. & convertet. Mal. 4. Marc. 9.

Lectio X.

Beatitude ergo hoc in circumcisione tantum

manet, an etiam in preputio? dicimus enim,
quia reputata est abraha fides ad justitiam,
quomodo ergo reputata est? in circumcissione,
an in preputio? non in circumcissione, sed in
preputio. Et signum accepit circumcissionis,
signaculum justitiae fidei, quod est in prepu-
tio: ut sit pater omnium credentium per
preputium, ut reputetur et illis ad justitiam:
et sit pater circumcissionis non in iis tantum,
qui sunt ex circumcissione, sed et iis, qui
sectantur vestigia fidei, quod est in preputio
patris nostri abraha. et non enim per legem
promissio abraha aut semini eius, ut heres
esset mundi; sed per justitiam fidei.

R. Verentiam illis foedus pacis, pactum
Tempiternum erit eis, et fundabo eos et
multiplicabo: * et dabo sanctificationem
meam in medio eorum in perpetuum.
V. Erit tabernaculum meum in eis; et
ero eis deus, et ipsi erunt mihi populus.
* et dabo. Ezech. 37.

Lectio XI.

Si enim, qui ex lege, heredes sunt; exina-
nita est fides, abolita est promissio.
Lex enim iram operatur. Ubi enim non
est lex, nec provaricatio. Ideo ex fide, ut
secundum gratiam firma sit promissio
omni semini, non ei qui ex lege est
solum, sed et ei, qui ex fide est abraha,
qui pater est omnium nostrum, sicut
scriptum est: quia patrem multarum
gentium posui te, ante Deum, cui credidisti,
qui vivificat mortuos, et vocat ea, quae
non sunt, tanquam ea, quae sunt. qui
contra spem in spem credidisti, ut fieret
pater multarum gentium, secundum
quod dictum est ei: sic erit semen tuum.
R. Constituit deus humiliare omnem
montem excelsum, et non valles replere in

qualitatem terrae: & ut ambulet Israel
diligenter in honorem dei. V. Scriptum est
in libro sermonum Iſaia propheta: erunt
rara in directa, et aspera in vias planas.
et ut. Baruch. 5. Luc. 13.

Lectio XII.

Et non est infirmatus est fide, nec confi-
eravit corpus suum emortuum, cum jam
lere centum esset annorum, et emortuam
vulvam saro. In re promissione etiam
dei non hospitavit diffidentia, sed conforta-
tus est fide, dans gloriam deo: plenissime
sciens, quia quocumque promissit, potens
est et facere. Hec et reputatum est illi ad
justitiam. Non est autem scriptum tantum
propter ipsum, quia reputatum est illi
ad justitiam: sed et propter nos, quibus
reputabitur credentibus in eum, qui sus-
citavit Dominum nostrum Jesum Christum
a mortuis: qui traditus est propter delicta
nostra, et resurrexit propter justificatio-
nem nostram.

R. Preparate viam, planum facile iter:
* eue Dominus auditum fecit in extremis
terre: dicite filis sion: * eue Saluator
vostri venit. V. Dirigite viam Domini,
sicut dixit Iſaias propheta. * eue Dom.
V. gloria. * eue Saluator. ff. 62. Joan. 1.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 13.

Anno quintodecimo imperii Tiberii Cesa-
ris, procurante Pontio Pilato Judaeam,
et tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philip-
po autem fratre eius tetrarcha Iturae
et Trachonitidis regionis, et Lysania Abitine
tetrarcha, sub principibus sacerdotum An-
na et Caipha: factum est verbum Domini
super Joannem Zachariae filium in deserto.

Et venit in omnem regionem Jordanis,
 predicans baptismum poenitentiae in re-
 missionem peccatorum, sicut scriptum est
 in libro sermonum Isaie prophetae: vox
 clamantis in deserto, parate viam Domini,
 rectas facite semitas eius. Omnis vallis
 implebitur, et omnis mons et collis hu-
 miliabitur: et erunt prava in directa,
 et aspera in vias planas. Et videbit omnis
 caro salutare Dei.

Ad matutinas, horas, et vesperas omnia
 dicuntur, ut infra diebus suis notantur.
 excepta dumtaxat oratione, quae dicitur,
 ut supra ad I. vesperas.

Si haec Dominica in vigilia clarissimae
 euenit, fit, ut infra ad diem XXIV.
 notabitur.

Hebdomada ultima adventus.

Die XVII. Dec.

Ad vesperas. antiphona.

1. Expectatio Israel Domine: sana me,
 et sanabor: * saluum me fac, et saluus
 ero. Jer. 17.
2. Eue ipsi dicunt ad me: * ubi est verbum
 Domini? veniat. ib.
3. Quis mihi tribuat auditorem, * ut
 desiderium meum audiat omnipotens? Job. 33.
4. Utinam dirumperes caelos, Domine,
 et descenderes, * a facie tua montes
 defluerent. Ps. 64.

Lectio. i. Matth. 11.

Et tunc clamemus in caelum: et miserabitur
 nostri Dominus, et memor erit testamenti
 patrum nostrorum.

R. br. Rorate caeli desuper, * et nubes pluant
 iustum. Repet.

V. Aperiat terra, et germine, saluatorem.
 * Anubes. V. Gloria. G. Rorate. Ps. 65.

Hymnus. (ad I. proph. genuflect.)

1. Veni, Redemptor gentium,
Ostende partum virginis: ✕
Miretur omne seculum,
Talis decet partus Deum.
2. Promissa quondam patribus
Inflat dies, dies tua: ✕
Sub carne nostra te tuus
Clemens Redemptor exhibe.
3. Et Matris aluo virginis
Homo Deus nunc proveas: ✕
Omnis Sion te sustinet,
Unumque te desiderat.
4. Fac nostra fiant pectora
Sanctum velut prosepium: ✕
Ubi novam non abnuas
Nativitatem sumere. amen.

5. ostende nobis Domine misericordiam tuam:

6. Et salutare tuum da nobis. Ps. 81.

ad Magnificat ant. ante et post in egre floris
genibus decantanda: quod item in sequentibus

O. servandum.

Sapientia, quae de ore ac lipini prodisti,
attingens a fine usque in finem, fortiter
suaviterque disponens omnia: ✕ Veni ad docen-
dum nos viam prudentiae. Sap. i. Suli. 24.

Oratio.

Adjiva Domine fragilitatem plebis tuae:
ut ad votivum magno festivitatis effectum
et corporaliter gubernata percurrat; et
ad perpetuam gratiam devota mente per-
veniat. Per Dominum.

vel oratio Dominico aut quatuor tempo-
rum, si occurrat.

Toni dicitur hinc hinc per hanc actam ut.

Creator alme siderum, cum sequenti clau-
sula in omnibus hymnis:

Qui liberator advenis

Fili, tibi laus maxima: *
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

Die XVIII. Dec.

Ad vigiliis nocturnas.

Inuitat. Salvatorem, quem expectamus, *
venite adoremus. Philip. 3.

Hymnus. C.

1. Instantis ad ventum dei
Poscimus ardentis precis: *
Festisque manus meliorem
Pro occupemus canticis.

2. Aeterna proles, femine
Non horret includi sinu: *
Til ipse serans, ut iugo
Nos serui huius eximat.

3. Mansuetus et clemens venit,
Occurre, festina Sion: *
Uetro tibi quam porrigit,
Ne dura pacem respicias.

4. Nox nube clara fulgurans
Mundi redibilis arbiter: *
Suique membra corporis
Coelo triumphator vehet.

5. Foetus tenebrarum, die
Cedant propinquo crimina: *
Adam reformetur vetus,
Imago succedat novi.

6. Qui liberator advenis
Fili, tibi laus maxima: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. Amen.

In I. nocturno.

antiphona A. V. De psalterio.

Lectio I.

De Isaiâ propheta. cap. 7.

Ejecit Dominus loqui ad Achaz: peccasti tibi: ignum a Domino electus in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: non peccavi, et non testabor Dominum: Et dixit: audite ergo domus David: numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo?

& Lectio II.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Et dixit Dominus ad me: fume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis: velociter, folia detrahe, cito predare. Et adhibui mihi testes fideles, uriam sacerdotem, et Zachariam filium Parachis: et auspi ad prophetisam, et concepit et peperit filium.

R. Quibus revelatum est, & non sibi met ipsis, vobis autem ministrabant ea, quae nunc nuntiata sunt vobis. V. Non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. & non filii. j. d. j. amos. 13.

Lectio III.

Et dixit Dominus ad me: voca nomen eius: accelera folia detrahere, festina predari. quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Samas, et folia Samaria coram rege Assyriorum. Igitur per Judam mundans, et transiens usque ad callum veniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terrae tuae, o Emmanuel!

¶ R. Hec dicit Dominus exercituum: & confortentur manus vestrae, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum. V. In virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revocari in tempore novissimo. & conforti. Zah. 8.

R. Exiit Dominus cornu salutis nobis
in domo David pueri sui, & sicut locutus est
per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophe-
tarum eius. V. Clamabunt ad Dominum
a facie tribulantis: et mitte eis salvatorem,
qui liberet eos. & sicut. Luc. j. ff. 19.

Leitio IV.

Congregamini populi, et vincimini, et
audite universo preceus terra: conforta-
mini et vincimini, accingite vos et
vincimini: in te confilium, et dissipabi-
tur: loquimini verbum, et non fiet, quia
nobiscum Deus. Dominum exercituum
ipsum sanctificate: ipse pavor vester, et
ipse terra vester; et erit vobis in sanctifi-
cationem.

R. Da testimonium his, qui ab initio crea-
tura tua sunt Domine: & et suscita
predicationes, quas locuti sunt in nomine
tuo propheta priores. V. Da mercedem
sustinentibus te, ut propheta tui fideles
inveniantur. & et suscita. V. gloria.
† suscita. Euli. 56.

In II. et III. nocturno fiat vel ut in
Dominica IV. adventus, si fit Dominica,
vel de expectatione D. M. V. ut in proprio
de Sanctis hac die.

Ad laudes Matutinas.

et horas diurnas antiphona.

1. Respice Domine de domo sancta tua
in nos; & inclina aurem tuam, et
exaudi nos. Baruch. 2.
2. Domine pater noster es tu: & ecce respice,
populus tuus omnes nos. ff. 64.
3. Misereere Israel, quem cognovisti pri-
mogenito tuo: & reple gloria tua
populum tuum. Euli. 36.

ad laud. Deus coelorum exaudi; memento
Domine testamenti tui: & ut omnes gentes
agnoscant quia tu es Deus. Judith 9.

Salva Domine populum tuum, & re-
liquias Israel. Jer. 31.

Lectio Gsa. 93.

Domine miserere nostri; te enim expecta-
vimus: esto brachium nostrum in mane,
et salus nostra in tempore tribulationis.

R. br. Memento nostri Domine & in bene-
placito populi tui. Rep.

V. Visita nos in salutari tuo, & in benepl.
V. gloria. R. rep. Ps. 105.

Hymnus Paris.

1. Auctoris adventum sui
Tellus et ether et mare &
Progessante sentiunt
Et jam salubant gaudio.

2. Mundemus et nos pectora:
Deo propinquanti viam
Aernamus; & ad dignam domum
Tanto paremus hospiti.

3. Tu nostra, tu spes, salus,
Tu robur et solatium: &
Struus ut herba, te sine
Mortale labesit genus.

4. Agris salubarem manum
Extende: prostratos leva: &
Ostende vultum, jam sumus
Mundo reflorescet decor.

5. Qui liberator advenis
Fili, tibi laus maxima: &
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

V. Mirifica misericordias tuas
R. qui saluos facis sperantes in te
Domine. Ps. 162.

Ad Bened. ant. Clama ad me, et exaudiam
te: et suscitabo verbum bonum, quod lo-
cutus sum ad domum Israel. Jer. 35.

Oratio Sa. Gelas.

Concede quaesumus, omnipotens Deus: ut
qui sub peccati iugo ex debito deprimimur;
expectata unigeniti tui nova natiuitate
liberemur. Per eundem Dominum.

Hoc oratio omittitur, si fit Dominica, uel
feria quatuor temporum, cuius tunc
dicitur oratio.

Ad Tertiam.

Lectio Ps. 46.

Audite me domus Jacob, qui portamini
a meo utero: ego feci, et ego feram: ego
portabo, et salvabo.

V. Conuerste Domine captiuitatem nostram,
R. Sicut torrens in austro. Ps. 125.

Ad Sextam.

Lectio Jer. 42.

Nolite metuere, dicit Dominus; quia uo-
liscam sum ego, ut saluos uos faciam: et
dabo uobis misericordias, et miserebor uestri.
V. Deus misereatur nostri et benedicat nobis:
R. Illuminet uultum suum super nos, et
misereatur nostri. Ps. 66.

Ad Nonam.

Lectio Mik. 2.

Congregatione congregabo Jacob, in unum
conducam reliquias Israel, pariter
ponam illum, quasi gregem in ouili.

V. Saluos nos fac Domine Deus noster, et
congrega nos de nationibus.

R. ut confiteamur nomini sancto tuo.
Ps. 105.

ad II. Vesperas.

Antiphona, ut ad horas.

Lectio Baruch 2.

Respice Domine de domo sancta tua in nos,
Et inclina aurem tuam, et exaudi nos:
quia non secundum iustitias patrum nostro-
rum fundimus preces, et petimus misericor-
diam ante conspectum tuum Domine Deus
noster.

R. br. hymnus et V. ut die preced. ad vesp.

ad Magnif. ant. O adonai, et dux ~~profeta~~
domus Israel! qui Moysi in igne flammis
rubi apparuisti, et ei in Sina legem dedisti, &
veni ad redimendum nos in brachio extenso.
Exod. 3. et 6. et 20. 4. Reg. 17.

Die XIX. Dec.

In vit. et hymnus, ut die precedente.

In I. nocturno.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. ii.

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de
adice eius ascendet. Et requiescet super eum
spiritus Domini, spiritus sapientie et intel-
lectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiri-
tus scientie et pietatis, et replebit eum spiri-
tus timoris Domini. * Non secundum visionem
oculorum iudicabit, neque secundum auditum
aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pen-
sures, et arguet in equitate pro mansuetis
eius.

V. Guraus Dominus veritatem, et non frustra-
bitur. * de fructu vetchii ponam super
laudem tuam. V. suscitabo semen tuum post
te, quod egredietur de utero tuo, et firma-
bo regnum eius. * de fructu. Ps. 131. 2. Reg. 7.

Lectio II.

Et percussit terram virga oris sui, et spiritu
labiorum suorum interficiet impium. Et
erit iustitia cingulum lumborum eius,
et fides cinctorium renum eius. Habitabit
lupus cum agno, et pardus cum hodoacca-
labit: vitulus et leo et ovis simul mora-
buntur, et puer parvulus manabit eos.

Vitulus et infans pascentur: simul requies-
cent et cubuli eorum, et leo quasi bos comedet
paleas. * Et delectabitur infans ab ubere
super foramine: et in caverna reguli, qui
ablatus fuerit, manum suam mittet.

Non necabunt, et non occident in universo
monte sancto meo: quia repleta est terra
scientia Domini, sicut aqua maris operi-
entes. In die illa radix Jesse, qui stat in
signum populorum, ipsum gentes deprecia-
buntur, et erit sepulcrum eius gloriosum.

R. Proteget Dominus habitatores jerusalem, *
et erit domus David quasi Dei, sicut angelus
Domini in conspectu eorum. **V.** Huius deus
ex semine secundum promissionem eduxit Is-
rael salvatorem Jesum. * et erit. Zach. 12. et. 13.

Ps. In festis 12. lect. infra hanc hebdomadam
dividitur lectio I. et II. et erit sequens

B. R. Quare mœrore contraheris filia sion?
numquid rex non est tibi, aut consiliarius
tuus perit! liberaberis: * redimet te Domi-
nus de manu inimicorum tuorum. **V.** ani-
ma quior esto jerusalem; exhortatus enim,
qui te nominavit. * redimet. Mich. 4. Dan. 4.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis pape.

serm. 4. de nativ. c. 2.

Excitent ergo in laudem dei corda credentium,
et mirabilia eius confiteantur filii hominum:

uoniam in hoc precipue Dei opere humi-
 litas nostra cognoscit, quanti eam suus condi-
 or estimarit. Qui cum origini humano
 meliorem dederit, quod nos ad imaginem suam
 fecit; reparationi nostre longe amplius
 tribuit, cum seruili forma ipse se Dominus
 copulauit. quamuis enim ex una eademque
 pietate sit, quidquid creatura creator in-
 uendit, minus tamen mirum est, hominem
 ad diuina proficere, quam Deum ad humana
 descendere. Hoc autem nisi facere dignaretur
 omnipotens, nulla quemquam spes iustitiae,
 nulla forma sapientiae a captiuitate dia-
 boli, et a profundo aeternae mortis erueret.
 Condemnatio enim ex uno in omnes cum
 peccato transiens permaneret, et lethali
 vulnere labefacta natura nullum reme-
 dium reperiret, quia conditionem suam
 huius uiribus mutare non posset.

R. Infelix ego homo, quis me liberabit de
 corpore mortis huius? * gratia Dei per Iesum
 Christum Dominum nostrum. V. Si clama-
 uimus ad te in tribulationibus nostris, tu
 exaudies saluosque facies. * gratia. V. gloria.
 * gratia. Rom. 7. 2. Barab. 20.

In II. et nocturno.

Lectio Isa. 62.

Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem
 non quiescam, donec egrediatur uisus splendor
 iustus eius, et saluator eius uisus lampas auen-
 datur. et videbunt gentes iustitiam tuam, et
 sancti reges inclinantur tui.

1. Anima mea desiderauit te in nocte:
 2. Sed et spiritus meus in precordiis meis de
 mane uigilabo ad te. Ps. 26.

Ad laudes matutinas et horas.

antiphona.

1. Tu Domine pater noster, redemptor noster: *
convertere propter servos tuos. ps. 68.
2. Domine Deus ne averteris faciem Christi tui: *
memento miserationum David servi tui.
2. Paral. 6.
3. Quare in perpetuum oblivisceris nostri
Domine? * derelinques nos in longitudine
dierum? Jhren. 5.
4. Convertere nos Domine ad te, et convertelemur: *
in nova dies nostros, sicut a principio. ibid.
5. ad laud. Erue nos Domine in mirabilibus
tuis: * et da gloriam nomini tuo. Jan. 5.

Lectio Euli. 56.

Miserere nostri Deus omnium, et respice nos,
et ostende nobis lucem miserationum tua-
rum: festina tempus, et memento finis,
ut enarrant mirabilia tua.

R. br. hymnus et v. ut die precedente.

ad Bened. ant. qui timetis Dominum, pre-
rate in illum: * et in oblationem ve-
niet vobis misericordia. Euli. 2.

Oratio sac. Leon.

Deus, qui creationem conditionis humane
diabolicis non es passus perire nequitiis: re-
media tua propitiationis exsequere, ut in
eadem non prevaleat inimica subreptio, sed
redemptio tua miserationis obtineat. Qui vivis.

Nisi sint dicenda oratio Dominico, vel
feria quatuor temporum.

ad Jerham.

Lectio ps. 55.

Inclinate aurem vestram, et venite ad me,
audite, et vivet anima vestra: et feriam
vobiscum pactum sempiternum, misericor-
diaz David fideles.

v. Ubi sunt misericordia tua antiqua
Domine?

R. Sicut jurasti David in veritate tua? ps. 88.

Ad Sextam.

Lectio Ps. 49.

Dixit Sion: dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei: numquid oblitisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uterifui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui: eue in manibus meis descripsi te.

V. Non repellet Dominus plebem suam:
R. Et hereditatem suam non derelinquet. Ps. 95.

Ad Nonam.

Lectio Jer. 15.

Si converteris, convertam te, et ante faciem stabis: quia ego tecum sum, ut salvem te, et eruiam te, dicit Dominus.

V. Deus tu conversus vivificabis nos:
R. Et plebs tua letabitur in te. Ps. 84.

Ad vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio Dan. 3.

Ne quosumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, et Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum.

R. br. hymnus et V. ut die XVII.

Ad Magnif. ant. O radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, iam noli tardare.
Gla. ii. et 12.

Die XX. Dec.

Inuit. et hymnus ut die XVIII.

In I. nocturno.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 49.
Audite insulae, et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris

meo recordatus est nominis mei. Et nunc
 dicit Dominus formans me ex utero servum
 sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel non
 congregabitur: et glorificatus sum in oculis
 Domini, et Deus meus factus est fortitudo
 mea. * Et dixit: parum est, ut sis mihi servus
 ad fuscandas tribus Jacob, et facies Israel
 convertendas. Eue dedi te in lucum gentium,
 ut sis salus mea usque ad extremum terra.
 R. Eue puer meus, quem elegi: dilectus meus,
 in quo bene complacuit anime mee: *
 et in nomine eius sperabunt gentes. V.
 Bonam spiritum meum super eum, judi-
 cium gentibus nuntiabit. * et in. Matth. 12.

Lectio II.

Hoc dicit Dominus: in tempore pluitis ex-
 audivi te, et in die salutis auxiliatus sum
 tui: et servavi te, et dedi te in fœdus populi,
 ut fuscilares terram, et possideres hereditates
 dissipatas: ut dices his, qui vinti sunt,
 exite; et his, qui in tenebris, revelamini.
 Super vias pascentur, et in omnibus planis
 pascua eorum. Non esurient, neque sitient,
 et non percutiet eos ostium sol: quia misera-
 tor eorum reget eos, et ad fontes aquarum
 potabit eos. * Et ponam omnes montes meos
 in viam, et semita mee exaltabuntur.
 Eue isti de longe venient, et eue illi ab
 aquilone et mari, et isti de terra australi.
 Laudate caeli, et exulta terra, jubilate mon-
 tes laudem: quia consolatus est Dominus
 populum suum, et pauperum suorum
 miserabitur.

R. Haurietis aquas in gaudio de fontibus
 Salvatoris, et dicetis in die illa: * confite-
 mini Domino, et invocate nomen eius. V.
 Qui sitit, veniat, et qui vult, accipiat aquam
 vite gratis. * confit. Isa. 12. apoc. 22.

dicantur hodie 12. lect. R. 5. Quare
 roerore. pag. 96.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papae.
 serm. 4. de nativ. c. 5.

Ad peccati et mortis vinculum resolvendum,
 omnipotens filius Dei omnia implens, om-
 nia continens, equalis per omnia patri, et
 in una ex ipso et cum ipso consempiternus essen-
 tia, naturam in se suscepit humanam, et
 reator ac Dominus omnium rerum dignatus
 est unus esse mortalium: electa sibi matre,
 quam fecerat, quo salva integritate virginea
 corporis esset tantum ministra substantiae,
 ut humani seminis cessante contagio, novo
 homini et puritas inesset et vita. In hac
 nativitate christi secundum prophetiam
 David veritas de terra orta, et justitia de caelo
 propperit. In hac nativitate etiam Esaias
 sermo completus est dicens: producat terra
 et geminet salvatorem, et justitia oriatur
 simul. Terra enim carnis humanae, quo in primo
 fuerat peccatore maledicta, in hoc solo
 beato virginis partu germen edidit bene-
 dictum, et a vitio suo stirpis alienum. Cujus
 spiritalem originem in regeneratione quisque
 consequitur, et omni homini renascenti
 aqua baptismatis instar est uteri virginis,
 eodem spiritu sancto replente fontem, qui
 replevit et virginem: ut peccatum, quod ibi
 reacuavit sacra conceptio, hic mystica tollat
 oblitio.

R. Haec dicit Dominus de Jacob, et formans te
 Israel: noli timere, quia redemi te: et ego
 Dominus Deus tuus, sanctus Israel, salva-
 tor tuus. V. Ego sum ipse, qui deleo ini-
 quitates tuas propter me, et peccatorum
 tuorum non recordabor. *ego. V. gloria.
 & ego. Isa. 43.

In II. Noct. lectio et v. ut die preced.

Ad laudes matutinas et horas.
antiphona.

1. Expectatio israel, saluator eius in tempore tribulationis; & ne derelinquas nos. Jer. 14.
2. Recordare Domine, ne irritum facias foedus tuum nobiscum: & nonne tu es Deus noster, quem expectavimus? ib.
3. Da mercedem Domine justinentibus te: & ut propheta tui fideles inveniantur. Eul. 36.
4. Inclina Domine aurem tuam et audi: aperi oculos tuos, et vide: & Deus noster salva nos. Ps. 84.
5. ad laud. Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob: & est prope labor eum. Ps. 8.

Lectio Ps. 26.

In semita iudiciorum tuorum Domine sustinui te: nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animae.

Ex. br. hymnus et v. ut die XVIII.

Ad Bened. ant. Proteget Dominus Jerusalem, & protegens et liberans, transiens et salvans. Ps. 51.

Oratio Sac. Greg.

Mentes nostras, quosumus Domine, lumine tuae visitationis illustra: ut sepe, te largiente mereamur et inter proppera humiles, et inter adversa securi. qui vivis. et regnas. Amen.

Oratio Dominica, vel feria quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio Jer. 52.

Teriam eis partum sempiternum, et non desinam
eis bene facere, et timorem meum dabo in corde
eorum, ut non recedant a me: et non labor super
id quod bene eis fecero.

℣. Exaudi nos Deus salutaris noster,

℞. spes omnium finium terre. Ps. 64.

Ad Sextam.

Lectio Ecli. 2.

Metuentes Dominum sustinete misericordiam
eius, et non deflebitis ab illo, ne cadatis: qui
timetis Dominum, credite illi: et non evacuabi-
tur merces vestra.

℣. Oculi Domini super metuentes eum:

℞. Et in eis, qui sperant, super misericordia eius. Ps. 32.

Ad Nonam.

Lectio Judith 4.

Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces
vestras, si manentes permanseritis in ieiu-
niis et orationibus in conspectu Domini.

℣. Juxta est Dominus iis, qui tribulati sunt corde:

℞. Et humiles spiritu salvabit. Ps. 33.

Ad vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio Dan. 9.

Exaudi Deus noster orationem servitui, et
preces eius, et ostende faciem tuam super sanc-
tuarium tuum, quod desertum est, propter
emelipsum: inclina Deus meus aurem tuam,
et audi: aperi oculos tuos, et vide desolatio-
nem nostram.

℣. Gr. hymnus, et ℞. ut die XVII.

Evangel. ant. Octavis David, et septimum domus
Israel, qui aperis, et nemo claudit, claudit, et nemo
aperit: * veni, et eruo viatum de domo carceris,
sidentem in tenebris, et umbra mortis. Isa. 22. 142.

Dies XXI. Dec.

Invit. et Hymnus, ut die XVIII.

In I. nocturno.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 52.

Quam pulcri super montes pedes annun-
tiantis et predicantis pacem, annuntian-
tis bonum, predicantis salutem, dicentis
Sion: regnabit Deus tuus! Vox speculato-
rum tuorum, levaverunt vocem simul
laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt,
cum converterit Dominus Sion. Gaudele,
et laudate simul deserta Jerusalem: quia
consolatus est Dominus populum suum,
redemit Jerusalem. Paravit Dominus
brachium sanctum suum in oculis omni-
um gentium, et videbunt omnes fines
terre salutare Dei nostri.

R. Nova ego annuntio, dicit Dominus
redemptor tuus: et suscitans verbum servi
sui, et consilium nuntiorum suorum
complens. V. Sicut locutus est per os sancto-
rum, qui a seculo sunt, prophetarum eius.
* suscitans. Isa. 42. et 44. Luc. 1.

Lectio II.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum
nocite tangere; exite de medio eius, mun-
damini, qui fertis vasa Domini. Quoniam
non in tumulo exhibitis, nec in fuga propa-
rabitur: procedit enim vos Dominus, et con-
gregabit vos Deus Israel. Ecce intelliget
seruus meus, exaltabitur, et elevabitur,
et sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt
super te multi, sic in glorius erit inter
viros aspectus eius, et forma eius inter
filios hominum. Ille asperget gentes
multas super ipsum continebunt reges os

um: quia quibus non est narratum de eo,
viderunt; et qui non audierunt, contempla-
ti sunt.

Et ecce gentem, quam nesciebas, vocabis,
gentes, quae te non cognoverunt, ad te current. *
propter Dominum Deum tuum, et sanctum
Israel, quia glorificavit te. V. Sicut scriptum
est: quibus non est annuntiatum de eo,
videbunt: et qui non audierunt, intelligent.
* propter. Isa. 55. Rom. 15.

Lectio III. cap. 55.

Sicut exaltantur caeli a terra, si exaltato
hinc visus meo a visis vestris, et cogitationes
meae a cogitationibus vestris. Et quomodo
descendit imber et nix de caelo, et illud ultra
non revertitur, sed inebriat terram, et in-
fundit eam, et germinare eam facit, et dat
semen ferenti, et panem comedenti: sic erit
verbum meum, quod egreditur de ore meo,
non revertetur ad me vacuum, sed faciet
quocumque volui, et prosperabitur in his,
ad quae misi illud.

Et letentur caeli et exultet terra: commo-
veatur mare et plenitudo eius: * tunc exul-
tabunt omnia ligna silvarum a facie Domini,
quia venit. V. Eue Dominus Deus in forti-
tudine veniet, et brachium eius dominabi-
tur. * tunc. Is. 45. Is. 40.

Lectio IV.

Quia in letitia egrediemini, et in pace de-
ducemini: montes et colles cantabunt
coram vobis laudem, et omnia ligna regio-
nis plaudent manu. Pro salivuncula aspen-
det abies, et pro urtica crescet myrtus: et
erit Dominus nominatus in signum eter-
num, quod non auferetur.

~~Et letentur caeli et exultet terra: commo-
veatur mare et plenitudo eius. * tunc exul-~~

R. Sana me Domine, et sanabor, & saluum me fac, et saluus ero: & quoniam laus mea tu es. X. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. & saluum. V. gloria. & quoniam. Jer. 17. & Matth. 1.

In II. et III. uoluntate de S. Thoma.
vel de Dominica IV. aduentus.

Ad laudes matutinas et horas.
antiphona.

1. Mille Domine sapientiam de caelis sanctis tuis: & et a sede magnitudinis tue. Sap. 9.
2. Obsecro Domine, & mitte, quem misurus es. Exod. 11.
3. Erue nos in mirabilibus tuis, & et da gloriam nomini tuo Domine. Jan. 5.
4. Oriatur ut splendor iustus eius: & et saluator eius ut lampas accendatur. Ps. 62.
5. ad laud. Deus ab austro veniet, & splendor eius ut lux erit.

Lectio. Eul. 36.

Conturbare Deus caput principum inimicorum dicentium: non est alius praeter nos: congrega omnes tribus Iacob; ut cognoscant, quia non est Deus, nisi tu; et narrent magnalia tua: et hereditatis eos faciat ab initio.

R. br. hymnus et V. ut die XVIII.

Ad Bened. ant. Captivitas a forti tolletur; & et quod ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Isa. 49.

Oratio. Thom.

Deus, qui nostram semper conspicis infirmitatem destitui: aduentus tui nos visitatione custodi. Qui vivis.

et si sit dicenda oratio Dominica, vel feria quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio. Ag. 2.

Et dicit Dominus exercituum: adhuc unum
radicum est, et ego commovebo eam, et
erant, et mare et aridam, et movebo omnes
montes: et veniet desideratus cunctis gentibus.

Reminiscantur et convertentur ad Dominum
universi fines terre:
Et adorabunt in conspectu eius universae
familiae gentium. Ps. 21.

Ad Sextam.

Lectio j. Reg. 12.

Nolite recedere a tergo Domini, sed servite
Domino in omni corde vestro: et non derelinquet
Dominus populum suum propter
nomen suum magnum.

V. Exurge Domine adjuva nos:
R. Et redime nos propter nomen tuum. Ps. 45.

Ad Nonam.

Lectio Mal. 11.

Venit vobis timentibus nomen meum
sol justitiae: et sanitas in pennis eius; et egre-
diemini.

V. Prope timentes Dominum salutare ipsius:
R. Ut in habilet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad vespertas.

Antiphona ut ad horas.

Lectio. j. Mat. 25.

Salva nos Deus Salvator noster, et congrega
nos, et erue de gentibus: ut confiteamur no-
mini sancto tuo.

R. V. hymnus et V. ut die XVII.

De Magnif. ant. O oriens splendor lucis
Aerno, et sol justitiae: et veni et illumina
caecales in tenebris, et umbra mortis. Ps. 136. Zach. 6.

Die XXII. Decembris.

Invit. et hymnus ut die XVIII.

In I. nocturno.Lectio I.

De Isaiâ propheta. cap. 61.

Spiritus Domini super me, eo quod unxit
 Dominus me, ad annuntiandum mansue-
 tis misit me, ut mitterer contritis corde,
 et predicarem captivis indulgentiam, et
 clausis apertionem: ut predicarem annum
 placabilem Domino, et diem ultionis
 Deo nostro: ut consolarem omnes lugentes:
 ut ponerem lugentibus Sion, et darem eis
 coronam pro cinere, oleum gaudii pro
 luctu, pallium laudis pro spiritu maeroris.

Ps. Exue te Ierusalem stola luctus et vexa-
 tionis tuae: et indue te decore et honore
 eius, quo a Deo tibi est, sempiterno glorio.

V. Induere fortitudine tua Sion, induere
 vestimentis glorioe tuae Ierusalem, civitas
 Sancti. * et indue. Baruch. 5. ff. 52.

Lectio II.

Et vocabuntur in ea fortes iustitiae, plan-
 tatio Domini ad glorificandum. Et edi-
 ficabunt deserta a seculo, et ruinas anti-
 quas erigent, et instaurabunt civitates
 desertas, dissipatas in generationem et
 generationem. Et stabunt alieni, et
 pascent pecora vestra, et filii peregrino-
 rum agricolae et vinatores vestri erunt. *
 Vos autem sacerdotes Domini vocabimini:
 ministri Dei nostri dicetur vobis. Fortitu-
 dinem gentium comedetis, et in gloria
 earum super bibetis. Pro confusione vestra
 duplici et rubore laudabunt partem suam:
 propter hoc in terra sua duplicia posside-
 bunt, laetitia sempiterna erit eis. * quia
 ego Dominus diligens iudicium, et odio
 habens rapinam in holocausto, et dabo

mus eorum in veritate, et fœdus perpetuum
eriam eis. Et scient in gentibus semen eo-
rum, et germen eorum in medio populorum.
omnes qui viderint eos, cognoscent illos, qui
sunt semen, cui benedixit Dominus.

Et benedictionem illis fœdus pacis, pactum
tempiternum erit eis, et fundabo eos et
multiplicabo, et dabo sanctificationem
meam in medio eorum in perpetuum. Et
erit tabernaculum meum in eis, et ero
eis Deus, et ipsi erunt mihi populus. et
dabo. Ezech. 37.

In festo 12. lect. R. S. quare morare,
ut supra pag. 96.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. j. in vig. nat.

Nascitur Jesus: gaudeat, quisquis ille est,
quem perpetuo damnationis reum ad judi-
cabit conscientia peccatorum. Excedit quip-
pe pietas Jesu omnem criminum quanti-
tatem seu numerositatem. Nascitur Chri-
stus: letetur, quicumque vitis impugna-
batur antiquis. Siquidem ante faciem
inditionis Christi nullus omnino stare
poterit morbus animo, quamlibet inve-
teratus. Nascitur Filius Dei: exulet,
qui magna solet desiderare, qui magnus
munerator advenit. Fratres, hic est heres,
deus te suscipiamus cum, si enim et here-
ditas nostra erit. qui enim proprium Fi-
lium dedit, quomodo non omnia nobis
simul cum Filio donavit? Nemo discedat,
nemo hesitet: habemus testimonium credi-
bile nimis. Verbum caro factum est,
et habitavit in nobis. ~~Fratres~~ Fratres
habere voluit unigenitus Dei, ut epet in

multis fratribus primogenitus ipse.
 Utque nihil hostes ipsa ~~profunditas~~
 pusillanimitas fragilitatis humane,
 prius ipse factus est hominum frater,
 factus est hominis filius, factus est homo.

Ps. Eue ego venio, ait Dominus; * et *
 applicabuntur gentes multe ad Domi-
 num, et erunt mihi in populum. V.
 ad eum venient, et confundentur omnes,
 qui repugnant ei. * et app. V. gloria.
 * applicab. Zach. 2.

In II. et Oct. lectio et V. ult. die XIX.

Ad laudes matutinas et horas.

Antiphona.

1. Domine miserere nostri: * te enim
 expectavimus. Isa. 95.
2. Emitte agnum Domine dominatorem
 terre: * de perra deserti, ad montem
 filio Sion. Ps. 116.
3. Suscita Domine predicationes, *
 quas locuti sunt in nomine tuo pro-
 pheta priores. Eali. 36.
4. ad laud. Domine opus tuum, * in medio
 annorum vivifica illud. Hab. 3.
5. Reple Sion inenarrabilibus verbis
 tuis: * et gloria tua populum tuum. Eali. 36.

Lectio Dan. 3.

Nunc sequimur te in toto corde, et time-
 mus te, et quorimus faciem tuam: ne
 confundas nos, sed fac nobiscum juxta
 mansuetudinem tuam, et secundum
 multitudinem misericordie tue.

Ps. br. hymnus et V. ult. die XVIII.

ad Bened. ant. Illuminare Domine
 his, qui in tenebris et in umbra mortis
 sedent: * ad dirigendos pedes nostros in
 viam pacis. Luc. 1.

Oratio Thom.

excita Domine potentiam tuam, et veni:
A tua propitiatione saluemur. Qui vivis.
Nisi sit dicenda oratio Dominice, vel
ferio quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio Is. 62.

Eue Dominus auditum fecit in extremis
terre; dicite filie Sion: eue saluator tuus
venit, eue merces eius cum eo, et opus eius
coram illo; et vocabunt eos populus sanctus,
redempti a Domino.

V. In Deo salutare meum et gloria mea:
R. Deus auxili mei, et spes mea in Deo est. Is. 61.

Ad Sextam.

Lectio Isa. 49.

In me et ipso iuravi, egredietur de ore
meo iustitiae verbum, et non revertetur:
quia mihi curvabitur omne genus, et iura-
bit omnis lingua.

V. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis:
R. Et sanctus in omnibus operibus suis. Is. 44.

Ad Nonam.

Lectio Zach. 9.

Excelsa satis filia Sion, iubilata filia Je-
rusalem: eue rex tuus veniet tibi, iustus
et saluator.

V. Beneplacitum est Domino in populo suo:
R. Et exaltabit manus tuas in salutem. Is. 44.

Ad vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Lectio Dan. 9.

Exaudi Domine, placare Domine: attende
et fac, ne merearis propter te metipsum
Deus meus.

Hebr. hymnus et V. ubi die XVII.

Ad Magnif. ant. O Regentium, et de-
sideratus earum, lapisque angularis,
qui facis utraque unum: * veni et sal-
va hominem, quem de limo formasti.
agg. 2. ps. 28. Eph. 2. gen. 2.

Die XXIII. Dec.

Inuit. et hymnus ubi die XVIII.

In I. nocturno.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 65.

Hoc dicit Dominus: quomodo si inueniatur
granum in botro, et dicatur: ne dissipet
illud, quoniam benedictio est: sic faciam
propter seruos meos, ut non disperdam totum.

Et educam de Jacob semen, et de Juda pos-
sidentem montes meos: et hereditabunt
eam electi mei, et serui mei habitabunt
ibi. Et erunt campestris in caulas gregum,
et vallis Achor in culile armentorum
populo meo, qui requisierunt me: quia
oblivioni tradita sunt angustia priores,
et que abscondita sunt ab oculis meis.

* Non auferetur sceptrum de Juda, et
dux de femore eius, donec veniat, qui
mittendus est: * et ipse erit expectatio
gentium. * De Jacob erit qui dominetur,
et perdat reliquias civitatis. * et ipse.
gen. 49. Num. 24.

Lectio II.

Eccc enim ego creo caelos novos, et terram
novam: et non erunt in memoria priora,
et non ascendent super cor. Sed gaudebitis
usque in sempiternum in his, quae ego creo:
quia ecce ego creo Jerusalem exultationem,

In populum eius gaudium. & Et exultabo
 in Ierusalem, et gaudebo in populo meo:
 Non audietur in eo ultra vox fletus et
 exclamoris. Non erit ibi amplius infans
 ierum, et senex, qui non impleat dies suos:
 noniam puer centum annorum morietur,
 et puerator centum annorum maledictus
 erit. Et edificabunt domos, et habitabunt,
 et plantabunt vineas, et comedent fructus
 earum. & Non edificabunt, et alius habi-
 tabit: non plantabunt, et alius comedet:
 secundum enim dies ligni erunt dies po-
 puli mei, et opera manuum eorum inve-
 terabunt. Electi mei non laborabunt
 frustra, neque generabunt in conturba-
 tione: quia semen benedictorum Domini
 est, et nepotes eorum cum eis.

R. Quos fierunt me, qui ante non interro-
 gabant, invenerunt, qui non quos fierunt
 ne: & dixi: eue ego, eue ego, ad gentem,
 que non invocabat nomen meum. V.
 Inventus sum a non quarentibus me,
 et aliam apparui iis, qui me non interro-
 gabant. & dixi. ff. 65. Rom. 10.

In Dominica R. 15. quare moerore. supra p. 96.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

Serm. cit. n. 4. 5.

Vide dignationem: non in Ierusalem
 civitate regia (nascitur Christus), sed in
 Bethlehemi, que minima est in milli-
 bus Iuda. O Bethlehem parva, sed iam
 magnificata a Domino! magnificavit
 e, qui factus est in te parvus ex mag-
 no. Sane quod ad nos spectat, discimus
 hanc ex hoc, quemadmodum Ioseph
 et Maria, qui in Bethlehemi voluit nasci. Erat

enim, qui forte ei sublimia querenda
 arbitrabatur esse palatia, ubi cum gloria
 rex glorie susciperebatur. Sed non propter
 hoc a regalibus illis sedibus venit. Horum
 omnium eterna in caelis affluentia
 suppetebat; sed paupertas non inveni-
 batur in eis. Porro in terris abundabat
 et superabundabat haec species: et nescie-
 bat homo pretium eius. Hanc itaque
 concupiscens Dei Filius descendit, ut eam
 eligat sibi, et nobis quoque sua aestimatio-
 ne faciat pretiosam. Considera denique,
 quod in Bethlem judae nascitur. Et solli-
 citus esto, quomodo Bethlehem judae in-
 veniatis; et jam ne in te quidem suscipi
 designatur. Bethlehem quippe domum
 panis, judae sonat confessionem. Si ergo
 in corde justitia, et iustitia, quae ex fide
 est; haec enim sola habet gloriam apud
 Deum: sit etiam in ore confessio ad salutem;
 et securus jam suscipe eum, qui in Bethle-
 hem judae nascitur, Jesum Christum Fi-
 lium Dei.

Ps. Tu Bethlehem Ephratae parvulus es
 in millibus judae: et ex te mihi egredie-
 tur, qui sit dominator in Israel, et
 egresus eius ab initio, a diebus aeternitatis.
 etc. Homo natus est in ea, et ipse fundavit
 eam altissimus. et ex te. v. gloria. et egresus.

Mich. 5. 6f. 86.

In II. Nov. lectio et v. ex die XIX.

Ad Laudes matutinas et horas.

antiphona.

1. Elevare, elevare Jerusalem, et quo bibisti
 de manu Domini calicem ire eius. *Ps. 51.*
2. Prope feci iustitiam meam, non elongabi-
 tur, et salus mea non morabitur. *Ps. 46.*

• Dabo in Sion salutem, et in Ierusalem gloriam meam. ib.

• ad Laud. Nolite timere, quia non confundetis: quia Dominabitur tui, qui fecit te. ps. 54.

• Ad punctum in modico dereliquite: et in miserationibus magnis congregabote. ib.

Lectio ps. 63.

• Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus, et super multitudinem bonorum Domui Israel, quae largitus est eis secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem misericordiarum suarum: Et dixit: verumtamen populus meus est, filii non negantes, et factus est eis saluator.

• Ps. br. et hymnus ut die XVIII.

• V. Edificavit Dominus Sion: Et videbitur in gloria sua. ps. 101.

• ad Bened. ant. duplex. Estote parati in diem tertium: et in die enim tertio descendet Dominus coram omni plebe. Exod. 19.

Oratio. Th.

• Festina, quosumus, ne tardaveris Domine, et profidium nobis tuae pietatis impende: ut opportunis consolationibus subleventur; qui in tua miseratione confidunt. Qui vivis.

• Nisi sit dicenda oratio Dominica, vel serie quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio Philip. 4.

• Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus; Dominus prope est.

V. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.
R. Donec misereatur nostri. Ps. 122.

Ad Sextam.

Lectio Baruch 4.

Circumspice Ierusalem ad orientem, et
vide iucunditatem a Deo tibi venientem.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis. Ps. 121.

Ad Nonam.

Lectio Ps. 60.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum
per diem, nec splendor lune illuminabit
te: sederit tibi Dominus in lucem sempi-
ternam, et Deus tuus in gloriam tuam,
et complebuntur dies luctus tui.

V. Adimplebis me letitia cum vultu tuo:

R. Delectationes in dextera tua usque in
finem. Ps. 15.

Ad Vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio Jer. 29.

Ego scio cogitationes, quas ego cogito super
vos, cogitationes pacis et non afflictio-
nis, ut dem vobis finem et patientiam:
quaretis me, et invenietis, cum quae-
ratis me in toto corde vestro, et invenias
a vobis: ait Dominus.

R. or. hymnus et V. ut die XVII.

Ad Magnif. ant. O Emanuel, Rex et
legifer noster, expectatio gentium et
Salvator earum: * veni ad salvandum
nos Domine Deus noster. Ps. 7. et 33. gen. 29.

Die XXIV. Dec.

In vigilia et Nativitatis Domini.

OB. Si venerit in Dominica, officium fit
hoc modo:

inuit. De vigilia: hymnus: Instantis ad-
uentum. ut die XVIII.

Antiphona AV. I. et II. et ab. de psalterio.

Lectioes I. et nocturni ut infra, cum R. R.

ex II. et ab. Dominica IV. in II. et ab.

Lectioes ex eadem Dominica, cum R. R.

ex III. et ab. ibidem.

In III. et nocturno ant. et cantica ut Dom. I.

aduentus. V. anima nostra, ut infra.

Lectioes ex Dom. IV. cum R. R. quatuor

infra positis: Evangelium et oratio, ac

cetera deinceps omnia de vigilia, cum

commemoratione Dominice ad laudes.

Ad Primam non dicitur Symbolum.

Ad vigiliis et nocturnas.

Inuitat. Dominus prope est: & venite
adoremus. Philip. 4.

Hymnus: In instantis aduentum. ut die XVIII.

In I. et nocturno.

V. Anima nostra sustinet Dominum:

R. Quoniam adiutor et protector noster est. Ps. 32.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 66.

Stulte verbum Domini, qui tremulis ad
verbum eius: dixerunt fratres vestri adien-
tes vos, et abiicientes propter nomen meum:

glorificetur Dominus, et videbimus in
caelitia vestra: ipsi autem confundentur.

Vox populi de civitate, vox de templo, vox
Domini reddentis retributionem inimi-
cis suis. antequam parturiret, peperit,

antequam veniret parvus eius, peperit
masculum. quis audivit unquam tale?

et quis vidit huic simile? numquid par-
turiet terra in die una? aut parietur gens

Simul, quia pariturus et peperit Sion
 filios suos? et nunquid ego, qui alios parere
 facio, ipse non pariam, dicit Dominus?
 si ego, qui generationem coelestribus,
 sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? *
 Letamini cum Ierusalem, et exultate
 in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete
 cum ea gaudio universi, qui lugetis
 super eam, ut fugatis, et repleamini
 ab ubere consolationis eius: ut mulgea-
 tis et deliciis affluatis ab omnimoda
 gloria eius.

Ps. j. vel g. Hac ipsa hora, que nunc
 est: * eras mittam ducem super popu-
 lum meum, et salvabit populum
 meum; venit enim clamor eorum ad me.
 V. Prope feci iustitiam meam, non elon-
 gabitur; et salus mea non morabitur.
 * eras. j. Reg. g. 46.

In Dominica Ps. 10. Super montem
 excelsum ascende tu, qui evangelizas
 Sion: * dic civitatibus Iuda: ecce Deus
 vester venit. V. Exacta in fortitudine
 vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem.
 * dic. psa. 40.

Lectio II.

Quia hoc dicit Dominus: ecce ego declinabo
 super eam quasi fluvium pacis, et quasi
 torrentem inundantem gloriam gentium,
 quam fugatis: ad ubera portabimini, et
 super genna blandientur vobis. * Quomodo
 si cui mater blanditur, ita ego consolabor
 vos, et in Ierusalem consolabimini. Aude-
 bitis et gaudet cor vestrum, et opera vestra
 quasi herba germinabunt: et cognoscentur
 manus Domini servis eius; et venient
 et videbunt gloriam meam.

v. 2. vel ii. adese festinant tempora: &
iudicabit Dominus populum suum, et in
terris suis miserabitur. V. Dominus dabit
imperium regi suo, et sublimabit cornu
christi sui. & iudicabit. Deut. 32. j. Reg. 2.

Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Ser. 5. in vig. etatis.

Celebraturi Dominice natalis inef-
fabile sacramentum, iure quidem more-
mur, fratres, in omni sanctificatione
preparari. Adest enim Sanctus sanctorum,
adest ipse, qui dixit: sancti estote, quia
ego sanctus sum Dominus Deus uester.
Susceptorus olim divina mandata carna-
lis Israel, sanctificabatur in iustitiis
carnis, in baptismatibus variis, in mu-
neribus et hostiis, que non poterant
iuxta conscientiam perfectum facere
servientem. Verum hoc quidem omnia
transierunt, nimirum usque ad tempus
correctionis inposita, quod ulique jam
aduenit. Opportune igitur ex hoc jam
perfecta nobis indicitur sanctificatio,
interna mandatur ablutio, exigitur
munditia spiritualis, dicente Domino:
beati mundo corde, quoniam ipsi Deum
videbunt. ad hoc vivimus, fratres, ad
hoc nati, ad hoc vocati sumus, ad hoc
nobis dies hodiernus illuxit. ab hoc
igitur sancto hodie sanctificemur, ut
majestatem eius, ubi dies illi adspiravit,
videamus. siquidem dies sanctifica-
tus illuxit nobis, dies salutis, non
glorie aut felicitatis.

Ps. 3. vel 12. Surge, sanctifica populum,
et dic eis: * sanctificamini in crastinum.
V. Cras enim faciet Dominus inter
vos miracula. * Sanctif. V. gloria.
* Sanctif. ps. 7.

In II. nocturno.

Lectio brevis. Hebr. 10.

Teneamus spei nostre confessionem
indeclinabilem: fidelis enim est,
qui repromisit; et consideremus in
vicem in provocationem charitatis
et honorum operum, consolantes;
et tanto magis, quanto videritis
adpropinquantem diem.

V. Exurge Domine Deus, exaltet
manus tua:

R. et ne obliviscaris pauperum. ps. 9.

Oratio vel ad Laudes.

Si venerit in Dominica, dicitur sequens
Evangelium.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Mattheum. cap. 1.

Cum esset desponsata mater Jesu Maria
Joseph, antequam convenirent, inventa
est in utero habens de Spiritu Sancto.
Joseph autem vir eius, cum esset justus,
et nollet eam traducere, voluit occulte
dimittere eam. Hoc autem eo cogitante
eue angelus Domini apparuit in somnis
ei dicens: Joseph fili David, noli timere
accipere Mariam conjugem tuam:
quod enim in ea natum est, de Spiritu
Sancto est. Pariet autem filium, et vo-
cabis nomen eius Jesum: ipse enim sal-
vum faciet populum suum a peccatis eorum.

Ad Laudes matutinas et horas. Duplex.Antiphona.

1. Stare confidenter: & et videbitis auxilium Domini super vos. 2. Baral. 20.
2. Nolite timere, nec pavetis: & eras egrediemini, et Dominus erit vobiscum. ibid.
3. Sanctificamini; & cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Jos. 3.
4. ad Laud. Exergiscimini, et laudate, qui habitatis in pulvere: & ecce enim Dominus egredietur de locuo. Ps. 26.
5. Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos: & et mane videbitis gloriam Domini. Exod. 16.

Letitio apocal. 22.

Et Spiritus et sponsa dicunt veni; et qui audit, dicat, veni. Etiam venio cito: amen; veni Domine Jesu.

R. br. Respice de caelo et vide; & et visita vineam istam:

1. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua. & et visita. V. gloria. Rep. Ps. 79.

Hymnus: Auctoris adventum. ult. die XVIII.

1. Non discedimus a te, vivificabis nos.
2. Et nomen tuum invocabimus. Ps. 79.

Ad Bened. ant. Quasi diluculum preparatus est egressus eius. & et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terra. Ps. 6.

Oratio sac. Greg.

Deus, qui nos redemptionis nostrae annua expectatione labificas: presta; ut unigenitum tuum, quem redemptorem labifuscinimus, venientem quoque iudicem seculi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum.

Si hodie sit Dominica, de ea sit sequens
commemoratio.

Ant. Custodite iudicium, et facite iustitiam: quia iuxta est salus mea, ut veniat, et iustitia mea, ut reveleetur. Ps. 66.

V. Dominus virtutem populo suo dabit.

R. Dominus benedicet populo suo in pace. Ps. 28.

Oratio de Dominica IV. adventus.

Ad Tertiam.

Lectio ag. 2.

Adhuc unum modicum est, et ego commovebo caelum, et veniet desideratus cunctis gentibus.

V. Prope timentes Dominum salutare ipsius.

R. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad Sextam.

Lectio Mich. 5.

Stabit et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini dei sui et convertentur: quia nunc magnificabitur usque ad terminos terre; et erit iste pax.

V. Orietur in diebus eius iustitia.

R. Et abundantia pacis. Ps. 71.

Ad Nonam.

Lectio Dan. 9.

Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam: ut consummetur provaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna, et impleatur visio et propheta: et ungetur sanctus sanctorum.

V. cito anticipent nos misericordia tua Domine.

R. Quia pauperes facti sumus nimis. Ps. 78.

Ad Vesperas.Solemnitas.

. ant. Levate capita vestra: & quoniam
adpropinquat redemptio vestra. Luc. 21.

. ant. Juxta est salus mea, ut veniat: & et
justitia mea, ut revelebitur. Ps. 56.

v. ant. Antiqua ne intueamini: & ecce ego
facio nova, et nunc orientur. Ps. 43.

p. ant. Nolite timere: & stete, et videte
magnalia Domini, quae facturus est
hodie. Exod. 14.

Lectio. Hebr. 10.

Adhuc modicum aliquantulum, qui
venturus est, veniet, et non tardabit.

Rebr. apparet in finem: & et non men-
tietur. Hebr.

v. Quia veniens veniet, et non tardabit: &
et non. v. gloria. Hebr. Hab. 2.

Hymnus: Veni redemptor. ut die XVII.

v. Tu exurgens Domine miserere sion:

v. Quia tempus misericordiae, quia venit
tempus. Ps. 101.

W Magnif. ant. Lauda et letare filia sion: &
quia ecce venio, et habitabo in medio tui,
ait Dominus. Zach. 2.

Oratio Sacr. Greg.

Prostra misericors Deus: ut ad suscipiendum
Filii tui singulare et divinitatis myste-
rium et mentes credentium proparentur;
et non credentium corda subdantur.

Per eundem Dominum.

Clausula hymni in Complet. qui libe-
rator. hodie nondum mutatur.

Die XXV. Dec.

Nativitas D. N. I. C.

Solemnitas I. clavis. 12. lect.

Ad Vigiliis nocturnas.Inuit. Natus est nobis hodie Salvator: *
venite adoremus. Luc. 2.Hymnus baris.

1. Jam desinant suspiria;
Audiuit ex alto Deus: *
Coeli patefunt: en ades!
Promissa pax mortalibus.
2. Profunda noctis otia
Coelestis abrupit chorus: *
Natumque festo carmine
Annuntiat terris Deum.
3. Specum sacratum pervigil
Dum turba pastorum subit: *
Eamus, et castis pia
Cunis feramus oscula.
4. Ab quale nobis panditur
Intransibus praedaculum! *
Prosepe, foenum, fascis,
Barens inops, infans, puer.
5. Tunc ille Christus, Filius
Et splendor aeterni Patris? *
Illumne cerno, qui levi
Orbem pugillo sustines?
6. Sic es, reverenda quae cates,
Fides penetrat nubila: *
Agnosco, quem proci vident,
Tremunt, adorant angeli.
7. Agis magistrum vel tacens,
Ex hac nos doces cathedra: *
Vitare quod carni placet,
Caro quod horret persequi.

Castos amores nutricus,
 Sanans lumentes spiritus: x
 Divine nostris o Puer!
 Precordis in nasere. amen.

In I. nocturno.
antiphona.

1. Confurge filia Sion: x lauda in nocte,
 in principio vigiliarum. Thren. 2.
Psalmi de psalterio ex vigiliis ferie tertia,
in qua deinde dicuntur psalmi ex feria,
in quam festum sollicitudinis incidit.
2. Parvulus natus est nobis, x filius datus
 est nobis. Is. 9.
3. Vocabitur nomen eius admirabilis, x
 Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps
 pacis. ib.
4. Ecce Deus noster iste, expectavimus eum: x
 et salvabit nos. Is. 25.
5. Isse Dominus, sustinimus eum: x exulta-
bimus et letabimur in salutaribus eius. ib.
6. Tamquam sponsus Dominus x procedens
 de thalamo suo. Ps. 18.
7. Oblationem noluisti, corpus autem absti-
 mihi.
8. Tunc dixi: ecce venio. Hebr. 10.

Quatuor sequentes lectiones gl'ia ce-
quatur sine titulo.

Lectio I. cap. 9.

Primo tempore alleviata est terra Zabu-
 lon et terra cephthali: et novissime adgra-
 vata est via maris trans Jordanem gali-
 laea gentium. Populus, qui ambulabat
 in tenebris, vidit lucem magnam: habitan-
 tibus in regione umbrae mortis lux
 orta est eis. Multiplicasti gentem, et non
 magnificasti letitiam. letabuntur coram

te, sicut qui letantur in mense, sicut
exultant victores capta praeda, quando
dividunt spolia. Jugum enim oneris eius,
et sceptrum exactoris eius superasti sicut
in die Madian. Quia omnis violenta
predatio cum tumultu, et vestimentum
nistrum sanguine erit in combustionem
et cinis ignis. Parvulus enim natus est
nobis, et filius datus est nobis, et factus
est principalis super humerum eius:
et vocabitur nomen eius admirabilis,
consiliarius, Deus fortis, pater futuri
seculi, princeps pacis. Multiplicabitur
eius imperium, et pacis non erit finis.
Super solium David et super regnum
eius sedebit, ut confirmet illud et corro-
boret in iudicio et iustitia, a modo et
usque in sempiternum.

R. Nolite timere: ecce enim evangelizo
vobis gaudium magnum, quod erit omni
populo: * quia natus est vobis hodie
Salvator, qui est Christus Dominus in
civitate David. *V.* gloria in actissimis
Deo, et in terra pax hominibus bonae
voluntatis. * quia.

Lectio II. cap. 40.

Consolamini, consolamini popule meus,
dicit Deus vester. Loquimini ad eos Jeru-
salem, et advocate eam; quoniam com-
pleta est malitia eius, dimissa est ini-
quitas illius: suscepit de manu Domini
duplicita pro omnibus peccatis suis. Vox
clamantis in deserto: parate viam Domini,
rectas facite in solitudine semitas Dei
nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnis
mons et collis humiliabitur, et erant

prava in directa, et aspera in vias planas:
et revelabitur gloria Domini, et videbit
omnis caro pariter, quod es Domini locu-
turos.

G. Salvavit sibi dextera eius: * in conspectu
gentium revelavit iustitiam suam. *V.*
Viderunt omnes termini terre salutare
Dni nostri. * in conspectu. *G. q. q.*

Lectio III.

Super montem excelsum ascende tu, qui
evangelizas Sion: exalta in fortitudine
vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem:
exalta, noli timere. Dic civitatibus
Iuda: ecce Deus uester. Ecce Dominus Deus
in fortitudine veniet, et brachium eius
dominabitur: ecce merces eius cum eo,
et opus illius coram illo. Sicut pastor
gregem suum pascet, in brachio suo congre-
gabit agnos, et in sinu suo levabit, foetas
ipse portabit.

R. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium
suum unigenitum daret: * ut omnis,
qui credit in eam, non pereat, sed habeat
vitam aeternam. *V.* In dilectione sua,
et indulgentia sua ipse redemit eos. * ut
omnis. *Jo. 3. q. 63.*

Lectio IV.

Consurge, consurge, induere fortitudine
tua Sion, induere vestimentis gloriae tuae
Ierusalem civitas sancti: quia non adiciet
uestra, ut pertranseat per te incircumcisus
et immundus. Excutere de pulvere, con-
surge, sede Ierusalem: solve vincula colli
tui captiva filia Sion. quia haec dicit
Dominus: gratis venundati estis, et sine
argenteo redimemini. quia haec dicit Dominus

Deus: in Egyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi, et apud absque ulla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatum est populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

R. Lauda filia Sion, iudicia Israel; letare et exulta in omni corde. * rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra. *V.* Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. * rex. *V.* gloria. * rex. *Soph. 3. et Matth. 1.*

In II. nocturno.

antiphona.

1. In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum. * et Deus erat verbum. *Jo. 1.*
 2. In ipso vita erat, * et vita erat lux hominum. *ib.*
 3. Vita manifestata est, que erat apud Patrem: * et apparuit nobis. *Jo. 1.*
 4. Egredus es in salutem populi tui Domine, * in salutem cum Christo tuo. *Hab. 3.*
 5. Exiisti a Patre meo: * et veni in mundum. *Jo. 16.*
 6. Ego veni, ut vitam habeant, * et abundantius habeant. *Jo. 10.*
 7. Teum principium in die virtutis tue.
- R.* In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. *Psal. 109.*

Leccio V.

Sermo sancti Leonis papa.
Serm. 1. de etate.

Saluator noster, dilectissimi, natus est:
 gaudeamus. Neque enim locum fas est ibi
 esse tristitia, ubi natalis est vita: quo con-
 sumpto mortalitatis timore ingerit nobis
 de promissa eternitate letitiam. et memo-
 ri huius alacritatis participatione fecer-
 nitur. Una cunctis letitia communis est
 ratio; quia Dominus noster, peccati mor-
 tisque destructor, sicut nullum a reatu
 liberum reperit, ita pro liberandis omni-
 bus venit. Exultet sanctus, quia propin-
 qual ad palmam: gaudeat peccator, quia
 invitatur ad veniam: animum gentilis,
 quia vocatur ad vitam.

R. Deus ipse prior dilexit nos, et misit
 Filium suum propitiationem pro peccatis
 nostris: * et nos cognovimus et credimus
 caritati, quam habet Deus in nobis. V.
 Miserationum Domini recordabor, laudem
 Domini super omnibus, quae reddidit nobis.
 * et nos. 1. Cor. 11. 13. 14.

Leitio VI.

Dei namque Filius secundum plenitudinem
 temporis, quam divini consilii inscrutabi-
 lis ac litudo disposuit, reconciliandam
 auctori suo naturam generis assumpsit hu-
 mani; ut inventor mortis diabolus per
 ipsam, quam vicerat, vinceretur. In quo
 conflictu pro nobis in illo, magno et mira-
 bili aequitatis iure certatum est, dum Om-
 nipotens Dominus cum levissimo hoste
 non in sua maiestate, sed in nostra con-
 greditur humilitate, obiciens ei eandem
 formam, eandemque naturam, mortalita-
 tis quidem nostre participem, sed peccati ho-
 stium expertem. Alienum quippe ab hac

nativitate est, quod de omnibus legitur: nemo mundus a sordibus, nec infans, cuius est unius diei vita super terram. Nihil ergo in istam singularem nativitatem de carnis concupiscentia transiit, nihil de peccati lege manavit.

R. Cum in forma dei esset Christus, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, * in similitudinem hominum factus, et et habitu inventus ut homo. V. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. * in similit. Philipp. 2. ff. 45.

Lectio VII.

Verbum igitur dei Deus, Filius dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil, propter liberandum hominem ab aeterna morte, factus est homo. Salva igitur proprietate utriusque substantiae, et in unam coeunte personam, suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas: et ad dependendum nostro conditionis debilitum natura inviolabilis natura est unita populi, Deusque verus et homo verus in unitatem Domini temperatur: ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem dei hominumque mediator et mori populi ex uno, et resurgere populi ex aeterno. Talis nativitas, dilectissimi! deicit dei virtutem et dei sapientiam Christum: quia nobis et humanitate congrueret, et divinitate precelleret. Nisi enim esset Deus verus, non afferret remedium: nisi esset homo verus, non proberet exemplum.

R. Eue qualem charitatem dedit nobis Pater * ut filii dei nominemur et simus.

1. Feiſti in nobis Domine Deus noſter, ſe-
cundum omnem bonitatem tuam. & uſ. ſ. ſ. ſ.
i. Jo. 3. Baruch 2.

Leſtio VIII.

Agamus ergo dilectiſſimi! gratias Deo patri
per Filium eius in ſpiritu ſancto; qui prop-
ter multam miſericordiam ſuam, qua
dilexit nos, miſeratus eſt noſtri: et cum
epemus mortui peccatis, conuiuificauit
nos Chriſto; ut epemus in ipſo noua creatura,
nouumque ſigmentum. Deponamus ergo
veterem hominem cum actibus ſuis: et
adepti participationem generis Chriſti,
carnis renuntiemus operibus. Agnoſce,
o Chriſtiane! dignitatem tuam, et diuino
conſors factus natura, noli in veterem
uilitatem degeneri conuerſatione redire.
Memento, cuius capitis et cuius corporis
factus ſis membrum. Remiſcere, quia
erubuit de poteſtate tenebrarum, transla-
tus es in Dei lumen et regnum.

R. Gaudele et laudate ſimul, quia conſola-
tus eſt Dominus populum ſuum: & ~~pre-~~
parauit brachium ſanctum ſuum in oculis
omnium gentium. V. Miſit Deus Filium
ſuum in mundum, ut ſaluetur mundus
per ipſum. & parauit. V. gloria. & parauit.
ſ. 52. Joa. 3.

In III. nocturno.

ant. Canticum erit uobis ſicut nox ſancti-
ficatio ſolemnitatis, & letitia cordis. ſ. 50.

Canticum I. ſ. 25.

Domine Deus meus es tu. & exaltabo te,
et confitebor nomini tuo:
Quoniam feiſti mirabilia; & cogitationes
antiquas fideles:
Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo

egeno in tribulatione sua: & spes turbine,
umbraculum ab oculo.

Et faciet Dominus exercituum omnibus
populis in monte hoc convivium pin-
quium, convivium vindemio: & pinguium
medullatorum, vindemio defecato.

Et precipitabit in monte isto faciem vin-
culi colligati super omnes populos, &
et telam, quam orditus est super om-
nes nationes.

Precipitabit mortem in sempiternum: & et
auferet Deus omnem lacrymam ab omni
facie;

Et opprobrium populi sui auferet de uni-
versa terra: & quia Dominus locutus est.

Et dicet in die illa. ecce Deus noster iste: & ex-
spectavimus eum, et salvabit nos:

Iste Dominus, sustinuiimus eum: & exul-
tabimus et letabimur in salubari eius.

Canticum II. Isa. 26.

Urbs fortitudinis nostre Sion Saluator, &
ponetur in ea murus et antemurale.

Aperite portas, et ingredietur gens iusta, &
custodiens veritatem.

Vetus error abiit; servabis pacem, & pacem,
quia in te speravimus.

Sperastis in Domino in seculis eternis, & in
Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incurvabit habitantes in excelsis, & civi-
tatem sublimem humiliabit:

Humiliabit eam usque ad terram; & detra-
het eam usque ad pulverem:

Conculcabit eam pes pedes pauperis, &
gregus egenorum.

Semita iusti recta est, & rectus catus iusti
ad ambulandum.

Canticum III. Ps. 44.

Laudate caeli, quoniam misericordiam fecit
 Dominus: & jubilate extrema terra:
 Resonate montes laudationem, & salus et
 omne lignum eius:

Quoniam redemit Dominus Jacob, & et
 Israel gloriabitur.

Hec dicit Dominus redemptor tuus, & et for-
 mator tuus ex utero:

Ego sum Dominus faciens omnia, & exten-
 dens caelos solus, stabiliens terram, et
 nullus mecum,

Irata faciens signa divinatorum, & et aris-
 corum furorem vertens:

Convertens sapientes retrosum, & et scien-
 tiam eorum stultam faciens:

Suscitans verbum servi sui, & et consilium
 nuntiorum suorum complens.

Qui dico Jerusalem: habitaberis, et civita-
 tibus Juda: edificabimini, & et deserta
 eius suscitabo.

Ant. Canticum erit vobis sicut nox sancti-
 ficatio solemnitatis, & et letitia cordis. Ps. 90.

V. Deus rex noster ante secula,

R. Operatus est salutem in medio terra. Ps. 43.

Absolutio. Beneficial vobis Deus, et me-
 minit testamenti sui, quod locutus est,
 servorum suorum fidelium. J. Mach. 2.

Benedictio. Stale succurrite lumbos vestros
 in veritate, et induite loricae iustitiae:
 et calceati pedes in preparatione Evangelii
 pacis. Ephe. 6.

Lectio IX.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.
cap. 1.

Libor generationis Iesu Christi filii David,
 filii Abraham. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.
l. j. comment.

In Isaiam legimus: generationem eius quis enarrabit! Non ergo putemus Evangelistam propheta esse contrarium: ut quod ille impossibile dixit effatum, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit, ut per hominem Deum discere incipiamus. Sed querat diligens lector et dicat: quum Joseph non sit pater Domini Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Joseph? Cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde, ex una tribu fuisse Joseph et Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam; et quod simul consensit in Bethlehemi, ut de una videlicet stirpe generati.

R. Cum quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet: & omnipotens sermo tuus de caelo a regalibus sedibus in terram profiliavit.

V. De Maria natus est Jesus, qui vocatur Christus. & omnipot. Sap. 18. Matth. j.

Benedictio. Velur tibi sermo in aperture oris tui: cum fiducia notum facere mysterium Evangelii. Eph. 6.

Lectio X.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

cap. 2.

In diebus illis: exiit edictum a Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae.

Hom. 8. in Euang.

Quia largiente Domino Misarum solemnitas
 ter hodie celebraturi sumus, loqui diu
 de evangelica lectione non possumus. Sed
 vos aliquid vel breviter dicere Redemptoris
 nostri natiuitas ipsa compellit. Quid est,
 quod nascituro Domino mundus describitur,
 nisi hoc, quod aperte monstratur, quia ille
 ueniebat in carne, qui electos suos ad scriberet
 in aeternitate? Qui etiam bene in Bethle-
 hem nascitur: Bethlehem quippe domus
 panis interpretatur. Ipse namque est, qui
 ait: ego sum panis uivus, qui de caelo descendi.
 Locus ergo, in quo Dominus nascitur, domus
 panis antea uocatus est, quia futurum profecto
 erat, ut ille ibi per materiam carnis appareret,
 qui electorum mentes interna saetate refi-
 ceret. Cui non in parentum domo, sed in uia
 nascitur, ut profecto ostenderet, quia per huma-
 nitatem suam, quam assumpserat, quasi in
 alieno nascebatur.

R. Expectatio Israel Saluator eius: quare
 quasi colonus futurus es in terra, et quasi
 uisitor declinans ad manendum? & quare fu-
 turus es uelut uir uagus, ut foris qui non
 potest saluare? V. Reperit Maria filium suum,
 et reclinavit eum in prosepio: quia non erat
 eis locus in diversorio. & quare. Jer. 14. Luc. 2.
Benedictio. Fulgeat nobis illuminatio
 euangelii glorie Christi, qui est imago dei.
R. amen. 2. Cor. 4.

Lectio XI.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

c. j.

Initium euangelii Iesu Christi, Filii Dei:
 sicut scriptum est in Isaiâ propheta. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

L. 2. in Luc.

Qua de causa venerit Christus, Joannes testa-
tur: eue Agnus Dei, eue qui tollis peccata
mundi. Ille parvulus, ille infantulus fuit,
ut tu vir populi esse perfectus. Ille involutus
in pannis, ut tu mortis laqueis sis absolutus.
Ille in presepiis, ut tu in altaribus: ille
in terris, ut tu in caelis. Ille alium locum
in eo diversorio non habebat, ut tu plures
haberis in coelestibus sedibus mansiones.
Qui cum dives esset, propter vos pauper
factus est: ut illius inopia vos ditarentur.
Neum ergo paupertas illa patrimonium
est, et infirmitas Domini mea est virtus.
Maluit sibi egere, ut omnibus abundarem.
Ene illius infantis vagientis abluunt
fletus, mea lacryma illo delicta laverunt.
Plus igitur, Domine Jesu, injuriis tuis
debeo quod redemptus sum, quam operibus,
quod creatus sum. Non prodeperet nasci,
nisi redimi profuisset. Sed nemo in tra-
usum corporis formam omnem divini-
tatis includat. alia natura carnis est, alia
divinitatis gloria. Propter te infirmitas,
in se potentia: propter te inopia, in se
opulentia. Aboli hoc estimare, quod cernis,
sed quod redimeris agnosce.

R. Scitis gratiam Domini nostri Jesu
Christi: & quoniam propter vos egenus
factus, cum esset dives, ut illius inopia
vos divites essetis. V. Advent miles in
Domino letitiam, et pauperes homines
in sancto Israél exultabunt. & quoniam.
2. Cor. 8. vs. 29.

Benedictio. Permaneamus in fide fun-
datis: et immobiles a spe evangelii.
R. amen.

Lectio XII.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

cap. i.

In principio erat verbum, et verbum erat
apud Deum, et Deus erat verbum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini episcopi.

Epist. ad Honor. 140. al. 120. c. 5. et 4.

Quem filium Deus miserit, fierique ex
muliere voluerit, quantus ille Deus sit,
qui hanc humilitatem pro salute fide-
um suscipere dignatus fuerit, ut agnoscat,
nunc attende Evangelium. In principio
erat verbum, et verbum erat apud Deum,
et Deus erat verbum. Hic ergo Deus verbum
Dei, per quod facta sunt omnia, Filius Dei
est. Cum esset Filius Dei, venit, ut fieret
filius hominis, donareque nobis, qui
eramur filii hominum, filios Dei fieri.
Descendit ergo ille, ut nos ascenderemus, ut
participata natura filiorum hominum,
et participandam etiam suam naturam
adoptaret filios hominum. Quapropter
cum dixisset: Dedit eis potestatem filios
Dei fieri, modumque adiunxit, ne car-
nalis intelligeretur natiuitas, quod scilicet
eis id profuisset, qui credunt in nomine
eius, et per gratiam renascuntur spirita-
lem, mox commendavit huius vicissitudinis
sacramentum. Tamquam enim mirati
tantum bonum non auderemus optare,
statim subiunxit: Et verbum caro fac-
tum est, et habitavit in nobis. Tamquam
diceret: O homines! nolite desperare, vos
fieri posse filios Dei, caro factum est, et
habitavit in nobis. Reddite vicem: effici-
mini spiritus, et habitate in illo, qui
caro factus est, et habitavit in nobis.

Neque enim iam desperandum est, participatione Verbi fieri posse homines filios Dei, quando Filius Dei participatione carnis factus est filius hominis.

R. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. V. In terris visus est, et cum hominibus conversatus est. et vid. V. gloria. et vidimus. Jo. j. Baruch d.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Exiit edictum a Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a profide Syria Cyrius: et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. ascendit autem et Joseph a galilea de civitate Nazareth in judaeam, in civitatem David, quo vocatur Bethlehchem, eo quod esset de domo et familia David: ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnantem. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclina vit eum in praesepe; quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem eadem vigilantes, et custodientes vigiliis noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator

nundi, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae coelestis, laudantium Deum, et dicentium: gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Oratio Sae. Gelas.

Deus, qui hanc saeculissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quod sumus; ut cuius lucis mysteria in terra cognovimus, eius quoque gaudia in caelo perfruamur: Qui tecum vivit.

Et dicitur ad vigiliam tantum.

- V. Dominus vobiscum:
- R. Et cum spiritu tuo.
- V. Benedicamus Domino:
- R. Deo gratias.

Quo die dicitur prima missa; postquam absolute sine promissa habere. incipiantur laudes matutinae per V. Deus in adiutorium.

Ad laudes matutinas antiphona.

1. Pastores erant vigilantes, et custodientes vigiliis noctis super gregem suum: et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos. Luc. 2.
2. Dixit illis angelus: nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. ib.
3. Natus est vobis hodie Salvator: et qui est Christus Dominus in civitate David. ib.
4. Facta est cum angelo multitudo militiae coelestis, et laudantium Deum. ib.
5. Gloria in altissimis Deo: et in terra pax hominibus bonae voluntatis. ib.

Psalmi ex Matutinis Teris III.

Lectio. Tit. 5.

Apparuit benignitas et humanitas Salva-
toris nostri Dei, non ex operibus iustitia,
quo fecimus nos: sed secundum suam
misericordiam saluos nos fecit.

R. br. Adum fecit Dominus & salutare
suum. Rep.

V. Recordatus misericordiae et veritatis
suae. * salutare. V. gloria. Rep. Ps. 97.

Hymnus Ambros. ex corr. Rom.

1. A solis ortus cardine

ad usque terre limitem *
Christum canamus principem,
Natum c Maria virgine.

2. Perum creator omnium

Servile corpus induit *
Ut carne carnem liberans
Non perderet quos condidit.

3. Quod ante mundi tempora

Ex patre Verbum prodit: *
Obnoxius sit tempori,
Mortalis infans nascitur.

4. Feno jacere pertulit,

Pro sepe non abhorruit: *
Barroque lacte pastus est
Cibus perennis caelitem.

5. Mundi rotant quo cardines,

Manus ligantur fasciis: *
Imbellis et plorans jacet
Ut nos jacentes erigat.

C. Teu tibi sit gloria,

Qui natus es de virgine: *
Cum patre cumque spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

Ha clauduntur hymni eiusdem metri
usque ad Epiphaniam nisi aliter
noletur.

3. Cantate Domino, et benedicite nomini eius:
 4. Annuntiate de die in diem salutarem eius. Ps. 95.
Ad bened. ant. Vigilavit Dominus, et fecit
 redemptionem plebi suae: sicut locutus
 est per os sanctorum, qui a seculo fuerunt,
 prophetarum eius. Luc. 1.

Oratio Saur. gelas.

Da quo sumus omnipotens Deus: ut qui
 nova incarnati Verbi tui luce perfundi-
 mur; hoc in nostro resplendeat opere, quod
 per fidem fulget in mente. Per eundem
 Dominum.

Et dicitur hoc loco tantum.

Ad horas diurnas.

Hora quinta dicitur Prima, postquam
 dicitur II. Missa in aurora, cum com-
 memoracione S. Anastasio M.

ad Primam.

ant. Magnum pietatis sacramentum, et
 Deus manifestatur in carne. 1. Tim. 3.

ad Tertiam.

ant. Omnia per ipsum facta sunt; et
 sine ipso factum est nihil. Jo. 1.

lectio Hebr. 1.

Multifariam, multisque modis olim
 Deus loquens Patribus in prophetis, novis-
 sime diebus istis locutus est nobis in Filio,
 quem constituit heredem universorum:
 per quem fecit et secula.

3. Filius meus es tu, ego hodie genui te:
 4. Postula a me, et dabo tibi gentes here-
 ditatem tuam. Ps. 2.

Oratio Saur. gelas.

Concede, quo sumus omnipotens Deus:
 ut nos unigeniti tui nova per carnem

nativitas liberet; quos sub peccati iugo
velusta servitus tenet. Per eundem Dominum.

Et dicitur hodie ad omnes sequentes horas.

Ad Sextam.

Ant. Quotquot receperunt eum, dedit eis
potestatem filios Dei fieri, & his qui cre-
dunt in nomine eius. Jo. i.

Lectio j. Joh. 13.

Videte, qualem charitatem dedit nobis
Pater, ut filii Dei nominemur et fi-
mus.

V. Ego dixi: Dii estis.

R. Et filii Excelsi omnes. Ps. 81.

Ad Nonam.

Ant. Vidimus gloriam eius quasi
gloriam unigeniti a Patre, & plenum
gratie et veritatis. Jo. i.

Lectio j. Jo. 13.

Charissimi! nunc filii Dei sumus, et
nondum apparuit, quid erimus. Sci-
mus, quoniam cum apparuerit, simi-
les ei erimus, quoniam videbimus
eum sicuti est.

V. Viderunt omnes termini terre,

R. Salutare Salvatoris Dei nostri. Ps. 57.

Ad II. Vesperas.

antiphona vel ad horas.

Lectio j. Jo. 4.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis,
quoniam Filium suum unigenitum
misit Deus in mundum, ut vivamus
per eum.

R. Misit Deus verbum suum, & sa-
navit eos: Rep.

V. Uteripuit eos de iniquitatibus eo-
rum. & et san. V. Gloria. Rep. Ps. 106.

113.

Hymnus ex brev. Paris.

1. Jesu redemptor omnium,
Summi parentis unice. ✕
Qui solus ante secula
Patri deo par nasceris.
 2. Tu nostra pax et gloria,
Spes una tu mortalium. ✕
In te de quas tibi preces
De cordis ara fundimus.
 3. Qui corporis nostri volens
Nascendo formam suscipis. ✕
Divinitatis nos simul
Dasepe confortes tuo.
 4. Ad illud evectos deus
Tuere fratres. ✕ Degener
Est vita fontes pristinam
In vilitatem deprimat.
 5. Hoc sancta te poscit dies,
Ortus dies tui memor. ✕
Quo lucido surgens thoro
Solveris orbem vigilas.
 6. Nunc ergo terra, nunc solus
Vastique tractus equoris. ✕
Qui te dedit, festis habentem
Laudare certant canticis.
 7. Et nos, perennis o quibus
Salutis auctor nasceris. ✕
Faussum triumphali juvat
Ornare conconlu diam.
 8. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine. ✕
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. Amen.
9. Recordatus est misericordia suo,
10. Et veritatis suo Domui Israel. Ps. 97.
ad Magnif. ant. Misericordia Domini
et progenie in progenies timentibus eum. ✕
suscepit Israel puerum suum, recordatus
misericordie suo. Luc. i.

Oratio ut ad horas.Pro commemoratione S. Stephani.

Ant. Elegerunt Stephanum, plenum
fide et spiritu sancto: & hunc statuerunt
ante conspectum apostolorum, et oran-
tes impoſuerunt ei manus. act. 6.

V. Beatus, quem elegisti et assumpsiſti:

R. Inhabitabit in atriis tuis. Ps. 64.

Oratio S. Gelasii.

Da nobis, quos sumus Domine, imitari,
quod colimus, ut discamus et inimicos
diligere: quia eius natalitia celebra-
mus; qui novit etiam pro persecuto-
ribus suis exorare Dominum nostrum
Iesum Christum Filium suum; qui
secum vivit.

Die XXVI. Dec.

S. Stephani Levitae et Protomartyris.

Festivitas II. clavis, jr. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

Inuit. Iesum stantem a dextris Dei: &
venite adoremus. act. 4.

Hymnus Cliniae. S.

1. O qui tuos, Dux martyrum,
Profers coronam nomine: &
Non de caducis floribus
Tibi coronam nectimus.

2. Tuo corusco sanguine
Quam saxa fulgent pulcherris: &
Aptata saevo vertici
Non sic micarent sidera.

3. Impreſa fronti vulnere
Ceu tela lucis emicant: &
Et angelo monstrat parem
Quod prodit e vultu iubar.

1. Tu prima Christo uilima
 Vitam rependis uilima: *
 Primusque testis amulo
 Tu morte Christum proicias.
5. Tu primus offensam tibi
 Maris rubri pandis uiam: *
 Quos te sequentur Martyrum,
 Quos dux preis, exercitus!
6. Tunc ad minister pauperum,
 Nunc nuptiali splendens
 Tui cruoris purpura: *
 Mensis supernis ocellas.
7. Jesu tibi sit gloria,
 Qui natus es de uirgine: *
 Cum Patre cumque Spiritu
 In sempiterna secula. amen.
In 1. nocturno.
antiphona.

1. Ego repletus sum fortitudine Spiritus
 Domini, * ut annuntiem Jacob seculus
 suum. Mick. 5.
2. Factus est sermo Domini in corde meo
 quasi ignis exstans, * claususque in
 operibus meis. Jer. 20.
3. Inimicus factus sum uerum dicens, *
 non enim poterant sustinere precepta
 Domini. Gal. 4. Gal. 48.
4. Suscitatur falso loquens aduersum faciem
 meam contradicens mihi: * collegit
 furor meum in me. Job. 16.
5. Comminans mihi infremuit contra
 me dentibus suis: * terribilibus oculis
 me intuebatur. ibid.
6. Apertis sunt caeli, et uisiones Dei: *
 et uis gloria Domini. Ezech. 1. et 5.
7. Proridebam Dominum in conspectu meo
 semper:
8. Quoniam a dextris est mihi, ne commoveas.
Ps. 15.

Lectio I.

Incipit epistola prima beati Pauli
apostoli ad Corinthios. cap. i.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem
Dei, et Sosthenes frater, eulogio Dei, quae est
Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis
sanctis, cum omnibus qui invocant nomen
Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipso-
rum et nostro: gratia vobis et pax a Deo
Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

R. Non est equum nos derelinquere
verbum Dei, et ministrare mensis: *
considerate ergo viros ex vobis boni testimo-
nii, quos constituamus super hoc opus.

V. Levites erant ministri fratrum suorum
in tabernaculo foederis: ut custodiant quae
sibi fuerint commendata. * considerate.

act. 6. dum. 8.

Lectio II.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis in
gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu:
quod in omnibus divites facti estis in illo,
in omni verbo et in omni scientia: sicut
testimonium Christi confirmatum est
in vobis: ita ut nihil vobis defuit in ulla
gratia, expectantibus revelationem Do-
mini nostri Jesu Christi: qui et confirma-
bit vos usque in finem sine crimine, in
die adventus Domini nostri Jesu Christi.
Fidelis Deus: per quem vocati estis in so-
cietatem filii eius Jesu Christi Domini
nostri.

R. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: *
statues levitas in conspectu Aaron et
filiorum eius, et consecrabis oblatos Domi-
no. V. Elegerunt Stephanum virum ple-
num fide et spiritu sancto, et statuerunt
ante conspectum apostolorum. * statues.
N. 8. act. 6.

Lectio III.

147.

Obsecro autem vos fratres per nomen Do-
mini nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicatis
omnes, et non sint in vobis schismata: sicut
idem perfecti in eodem sensu et in eadem
sententia. Significatum est enim mihi de vobis,
fratres mei, ab iis, qui sunt Chloes, quia con-
tentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod
unus quisque vestrum dicit: ego quidem sum
Pauli, ego autem apollo, ego vero Cephe, ego
autem Christi? Divisus est Christus? Numquid
Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine
Pauli baptizati estis?

R. Stephanus plenus gratia et fortitudine, &
faciebat prodigia et signa magna in populo.
V. Surrexit quasi ignis, et verbum illius
quasi facula ardebat. & faciebat. act. 6. c. 1. 48.

Lectio IV.

Gratias ago Deo, quod neminem vestrum
baptizavi, nisi Crispum et Caium: et quis
dicat, quod in nomine meo baptizati estis.
Baptizavi autem et Stephano domum: ce-
terum nescio, si quem alium baptizaverim.
Non enim misit me Christus baptizare,
sed evangelizare; non in sapientia verbi,
ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim
crucis percussibus quidem stultitia est, iis
autem, qui salvi fiunt, id est, nobis Dei virtus
est. Scriptum est enim: perdam sapientiam
sapientium, et prudentiam prudentium
reprobabo.

R. Surrexerunt quidam disputantes cum
Stephano: & et non poterant resistere
sapientie et spiritui & qui loquebatur.
V. Dabo vobis os et sapientiam, cui non pote-
runt resistere et contradicere omnes adversarii
vestri. & et non. V. gloria. & qui. act. 6. c. 10. 25.

In II. nocturno.
antiphona.

1. Odio habuerunt corripientem, & eloquentem per se abominati sunt. Amo. 5.
2. Deo delatus sum pro Domino Deo exercituum: & querunt animam meam, ut auferant eam. 5. Reg. 19.
3. Audivi terrorem in circuitu: & persequimini, si quo modo ulationem consequamur ex eo. Jer. 20.
4. Non sis tu mihi formidini: & spes mea tu in die afflictionis. ib. 17.
5. Domus Israel nolunt audire te, quia noluerunt audire me: & eiec de i faciem tuam ualentiore faciebus eorum. Ezek. 5.
6. Nihil uereor, dum modo consummem ministerium uerbi: & quod accipia Domino. act. 20.
7. Sederunt principes, et aduersum me loquebantur:
8. Servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis. Ps. 118.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Serm. 311. de sanct. nov. ad.

et natalem Domini hesternam die celebravimus; serui hodie natalem celebramus: sed natalem Domini celebravimus, quo nasci dignatus est, natalem serui celebramus, quo coronatus est. Celebravimus natalem Domini, quo indumentum nostro carnis accepit: natalem serui celebramus, quo suo carnis indumentum abiecit: et natalem Domini celebravimus, quo factus est similis nobis: celebramus natalem serui, quo factus est proximus Christo. Sicut enim Christus nascendo Stephano, ita Stephanus moriendo coniunctus

Et Christo. Sed Domini nostri Jesu Christi dec-
 rativitate et passionis diem gemina devo-
 tionis obsequio frequentat ecclesia, quoniam
 utrumque medicina est. etiam et natus est,
 et renascere muri mortuus est, ut in per-
 rectum viveremus. Martyres autem ad
 mala certamina nascendo venerunt, tra-
 dentes originale peccatum: moriendo autem
 ad bona certissima transferunt, finiculas
 omne peccatum.

¶ Locuti sunt ad principes, et ad omnem
 populum dicentes: et iudicium mortis est
 in hoc huius, quia propheta vitia adversus civita-
 tem istam. V. Statuerunt falsos testes,
 qui dicerent: homo iste non cessat loqui verba
 adversus locum sanctum et legem. et iudicium.
 Jer. 26. act. 6.

Lectio VI.

etiam si in persecutione constitutos futura
 beatitudinis premia non consolarentur,
 quando illa de diversis passionibus supplicia
 sustinerent? Si beatus Stephanus sub ictu
 lapidum constitutus futura premia non
 cogitasset, quomodo illam grandinem per-
 tulisset? Sed illius preceptum gestabat in
 animo, cuius presentiam cernebat in caelo;
 et adeum flagrantissimo amore suspensus
 carnem quanto citius relinquere, et ad ipsum
 cupiebat advolare: nec mortem iam time-
 bat, quia Christum, quem pro se occisum
 sciebat, viventem videbat: ac per hoc festi-
 nabat etiam ipse mori pro illo, ut viveret
 cum illo. Quid enim viderit beatissimus mar-
 tyr in illo agone constitutus, recollitis sine
 dubio verba eius, quae de actuum apostolo-
 rum libro soletis audire: ecce, inquit, video
 caelos apertos, et Christum stantem a dex-
 teris Dei.

¶ Quod tunc Stephanum omnes, qui

Sedebant in concilio, * viderunt faciem
eius tanquam faciem angeli. V. Simi-
lem illum fecit in gloria sanctorum, et
magnificavit eum in timore inimicorum.
* viderunt. act. 6. Eul. 45.

Lectio VII.

Eja, fratres! sequamur eum: si enim se-
quimur Stephanum, coronabimur. Ma-
xime autem sequendus et imitandus
est nobis in dilectione inimicorum.
Vestis enim, quia frequentium inimi-
corum congregatione circumdatus,
cum crebris hinc et illinc saxorum
ictibus tunderetur, placidus et inhe-
pidus, mitis et lenis inter lapides, a
quibus occidebatur, inueniens illum
pro quo occidebatur, non ait: Domine
iudica obitum meum; sed: accipe spiri-
tum meum. Non ait: Domine Iesu iudica
seruum tuum, quem vides isto supplicio
mortis additum; sed: ne statuas illis
hoc peccatum. Persistens ergo beatissi-
mus Martyr in testimonio veritatis,
et charitatis ardens spiritus sicut rostris,
peruenit ad gloriosissimum finem, et
qui vocatus usque ad finem perseveravit,
in fine, quod vocabatur adeptus est, sui
nominis gloria Stephanus perducitur est
ad coronam.

R. Quare aversus est populus iste in Je-
rusalem a uersione contentiosa? * appre-
henderunt mendacium, et noluerunt
reverti. V. Dura ceruice, et incircumcis-
sionibus et auribus, vos semper Spiritui
santo resistitis, sicut patres vestri. * ap-
prehenderunt. Jer. 6. act. 4.

Lectio VIII.

Quando ergo beatus Stephanus pro Christo

primus sanguinem fudit, quasi corona pro-
cipit de caelo; ut eam sumerent sequentes in
promissio, qui procedentis virtutem imita-
rentur in praelio. Impleverunt postmodum
terram crebra martyria. quicumque postea
sanguinem pro christi confessione fuderunt,
imposuerunt coronam illam capiti suo, et
eam secuturis integram servaverunt. Et
modo fratres! de caelo pendet: quisquis eam
concupierit, ad eam velociter volabit. Et
ut sanctitatem vestram breviter atque
evidenter hortemur, multis non est opus est
verbis: sequatur Stephanum, quicumque
desiderat coronam.

J. V. p. 1260.

R. Quem prophetarum non sunt persecuti
patres vestri? et occiderunt eos, qui pro-
nuntiabant de adventu iusti? V. Nullo ad-
vos prophetas et sapientes, et ex illis occiditis.
et occiderunt. V. gloria. et occiderunt. Act. 7.
et Matth. 23.

In III. nocturno.

Ant. Exaltabo te Domine, quia factus es
fortitudo pauperi, et fortitudo egeno in tri-
bulatione sua. Ps. 25.

Cantica: Domine Deus. ut in latinitate Domini.
pag. 131.

Lectio IX.

De actibus apostolorum. cap. 6.

Presente numero discipulorum factum
est murmur grecorum adversus Hebraeos,
eo quod despicerentur in ministerio quoti-
diano viduo eorum. Convocantes autem
duodecim multitudinem discipulorum,
dixerunt: non est equum nos derelinquere
verbum Dei, et ministrare mensis. Consi-
derate ergo, fratres! viros ex vobis boni
testimonii septem, plenos spiritu sancto
et sapientia, quos constituamus super

hoc opus: nos vero orationi et ministerio
verbi instantes erimus. Et placuit sermo
coram omni multitudine. Et elegerunt
Stephanum, virum plenum fide et spiritu
sancto, et Philippum, et Prochorum, et
Nicanorem, et Timonem et Parmenam,
et Nicolaum advocam Antiochenum.
Hos statuerunt ante conspectum aposto-
lorum, et orantes imposuerunt eis
manus.

R. Ascendens in caelum Stephanus vidit
gloriam Dei, et ait: & ecce video caelos aper-
tos, et Filium hominis stantem a dex-
tris Dei. V. Ecce in caelo testis meus, et
consciens meus in excelsis. & ecce video.
act. 7. Job. 16.

Lectio X.

Et verbum Domini crescebat, et multi-
plicabatur numerus discipulorum in
Ierusalem valde: multa etiam turba
sacerdotum obediens fidei. Stephanus
autem plenus gratia et fortitudine
faciebat prodigia et signa magna in po-
pulo. Surrexerunt autem quidam de syna-
goga, quo appellatur Libertinorum, et
et Cyrenensium, et Alexandrinorum,
et eorum, qui erant a Cilicia et Asia,
disputantes cum Stephano; et non pote-
rant resistere sapientiae et spiritui, qui
loquebatur. Tunc submiserunt viros,
qui dicerent, se audivisse eum dicentem
verba blasphemias in Moysen et in Deum.

R. Dicunt: lapidetur, et aspiciat oculus
noster: & ipsi autem non cognoverunt con-
siliium eius. V. Impetum fecerunt unani-
miter in eum: et ieiunctes eum extra civita-
tem, lapidabant. & ipsi autem. Mich. 7. act. 7.

Lectio XI.

Commoverunt itaque plebem, et seniores et scribas: et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium, et statuerunt falsos testes, qui dicerent: homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem. audivimus enim eum dicentem: quoniam Jesus et Patrem suum destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

R. Lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Jesu suscipe spiritum meum. V. Tu scis, quia duos corporis sustineo corporis dolores: propter vinum tuum libenter hoc patior. Domine. Act. 7. 2. Math. 6.

Lectio XII.

Um autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in caelum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait: ecce video caelos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt iures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant, et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Jesu suscipe spiritum meum. Post his autem genibus clamavit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, dormivit in Domino.

R. Populus genibus clamavit voce magna
 Dicens: & Domine ne statuas illis hoc peccatum.
 V. Posuerunt aduersum me mala
 pro bonis, et odium pro dilectione mea;
 ego autem orabam. & Domine. V. gloria.
 & Domine. act. 4. Ps. 108.

Sequentia sancti Evangelii:

secundum Matthaeum. cap. 23.

In illo tempore: Dicebat Jesus scribis et
 Phariseis: eue ego mitto ad vos prophetas,
 et sapientes et scribas: et ex illis occidistis,
 et crucifigistis, et ex eis flagellabitis in
 synagogis vestris, et persequemini de
 ciuitate in ciuitatem: ut veniat super
 vos omnis sanguis iustus, qui effusus
 est super terram a sanguine Abel iusti,
 usque ad sanguinem Zachario filii
 Barachio, quem occidistis inter templum
 et aetare. Amen dico vobis, venient
 haec omnia super generationem istam.
 Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophe-
 tas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt:
 quoties volui congregare filios tuos,
 quemadmodum gallina congregat pul-
 los suos sub alas, et noluisti? Eue relin-
 que tur vobis domus vestra deserta.
 Tunc enim vobis, non me videlitis amodo,
 donec dicatis: benedictus, qui venit in
 nomine Domini.

Ad laudes matutinas et horas.

antiphona.

1. Ipse in excelsis habitabit, munimenta
 saxorum sublimitas eius: & regem
 in decore suo videbunt oculi eius. Ps. 33.
2. Aperti sunt caeli, et vidit visiones Dei: & et
 eue ignis et splendor in circuitu eius. Ezech. 1.

3. Non gavisus sum ad ruinam eius,
qui me oderat: & ut expe terem maledi-
cens animam eius. Job. 31.

4. ad laud. Esto fidelis usque ad mortem, &
et dabo tibi coronam vitæ. apoc. 2.

5. asumam servum meum: & ponam
thronum eius super lapides istos. Jer. 13.

Lectio Jac. i.

Beatus vir, qui sufferat tentationem;
quoniam cum probatus fuerit, accipiet
coronam vitæ, quam repromisit Deus
diligentibus se.

R. br. gloria et honore & coronasti
cum Domine. Ps.

V. Et constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum. & coronasti. Ps. 8.

Hymnus clun. S.

1. Quid obstinata pectora
Verbo Dei resistitis? &
Sacras docentis paginas
Sacrum quid os contumditis?
2. Omnes in unum seruiunt,
Saxis graves armant manus: &
Gentes tot inter barbaras
Christum cauebat prodicans.
3. Adhuc loquenti ponditur
Stellata caeli regia: &
Ad dexteram patris videt
Sublime stantem Filium.
4. Non deserit dux militem
Dum roborat, quem respicit: &
Stat arbiter certaminis
Futurus ipse premium.
5. Deo mori sub iudice
Bugnantis est victoria: &
Dum grando saxorum pluit,
Atque sensilis affixus polo.

G. Mens nempe largo vivido
 Torrente lucis ebría: x.
 Et corporis memor sui,
 Jam plena clumen ebibit.

7. Jesu tibi sit gloria,
 Cui natus es de virgine: x.
 Cum patre ungue spiritu,
 In sempiterna secula. amen.

R. Tu Domine susceptor meus es:

R. Gloria mea, et exaltans caput meum. Ps. 138.

ant. Bened. ant. Mendaces offendit do-
 minus, qui macularunt illum. x. et
 Dedit illi claritatem eternam. Sap. 10.

Oratio Sac. Gelas.

Da nobis, quo sumus Domine, imitari
 quod colimus, ut discamus et inimicos
 diligere: quia eius natalitia celebra-
 mus, qui novit etiam pro persecutori-
 bus exorare Dominum nostrum Jesum
 Christum Filium tuum: qui tecum.

Pro commemoratione octavo Nativitatis

ant. Habemus redemptionem in Christo, x.
 qui est imago invisibilis, primogenitus
 omnis creaturo. Coloss. 1.

R. Benedictus, qui venit in nomine do-
 mini:

R. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Oratio Sac. Greg.

Concede nobis, omnipotens Deus: ut
 salutare tuum nova caelorum luce
 mirabile, quod ad salutem mundi
 hodierna festivitate processit, nostris
 semper innovandis cordibus oriamur.
 qui tecum vivit.

Ad Tertiam.Lectio Jobi. 16.

Superbum sum absque iniquitate manus
meae, cum haberem mundas ad Deum
preces: ecce in caelo testis meus, et con-
sciens meus in excelsis.

V. Dominus mihi adiutor:

R. Non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 114.

Ad Sextam.Lectio Matth. 5.

Diligite inimicos vestros, benefacite
his, qui oderunt vos, et orate pro per-
sequentibus et calumniantibus vos:
ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis
est.

V. Pro eo, ut me diligere, detrahe-
bant mihi:

R. Ego autem orabam. Ps. 108.

Ad Vesperam.Lectio Psal. 50.

Quis est, qui iustificat me, quis contra-
dicet mihi? Nemus simul, quis est
adversarius meus? auerit ad me: Ecce
Dominus Deus auxiliator meus, quis est,
qui condemnet me?

V. Ecce Deus adiuvat me:

R. Et Dominus susceptor est animae meae.
Ps. 50.

Ad Vesperas.

Antiphona ut in II. Vesperis et Abiuratis.

Lectio apoc. 3.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno
meo: sicut et ego vici, et sedicum Patre meo
in throno eius.

R. br. Posuisti Domine * super caput
eius:

V. Coronam de lapide pretioso * super. Ps. 20.

Hymnus clun. l.

1. Miris probat se se modis
Prodepe prompta charitas: *
Et blandiens et mergans
Amica semper charitas.

2. Dum saxa corpus atterunt,
Ad astra mens extollitur: *
O Christe, dixit, suscipe
quem pono pro te spiritum.

3. Qui rectus orabat sibi,
Supplex et expirans humi, *
Liqua deserti sanguinis
Bacem perorat hostibus.

4. Audivit e caelo Deus
Suprema verba clari tyris: *
Prodator ante qui fuit,
Fit proda sanctus gratia.

5. Beata mors, tum candido
Sopore clausit lumina: *
Ad lucis aethera iubar
Jam liber artus, evolat.

6. O Christe, quid non, dum fauces,
Humana posunt spectora? *
Cuius triumphum pangimus,
Fac nos et exemplum sequi.

7. Jesu tibi sit gloria,
Cui natus es de virgine: *
Cum patre, cumque spiritu,
In sempiterna secula. amen.

V. Magna est gloria eius in salutaribus:

R. gloriam et magnum decorem impo-
nes super eum. Ps. 20.

De Magnif. ant. Invocavit Dominum omni-
potentem: & Aspi Dominus glorificavit eam,
in offerendo illi coronam gloria. Gal. 114.

Pro commemoratione S. Joannis apost.

ant. amantissimus Domini habitabit con-
fidenter in eo: & quasi in thalamo tota
die morabitur, et inter humeros eius requies-
et. Deut. 33.

An velamento alarum tuarum exultabo:

Et adhaesit anima mea post te. Ps. 62.

Oratio Sac. Greg.

Ecclesiam tuam Domine benignus illustra;
A beati Joannis apostoli tui et Evangelistae
illuminata doctrinis; ad dona perveniat
tempiterna.

Pro commeni. octava trinitatis.

ant. Filius Dei venit, et dedit nobis sensum,
ut cognoscamus verum Deum: & Asimus
in vero Filio eius. J. Jo. 5.

Et Hic est Deus, Deus noster in aeternum:

Et Ipse reget nos in secula. Ps. 47.

oratio ut supra ad laudes.

Die XXVII. Dec.

S. Joannis apostoli et Evangelistae.

Festivitas II. clavis. jr. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

In vit. Jesum in cuius sinu recubuit
Joannes, & venite adoremus. Jo. 21.

Hymnus.

- 1. Tu, quem pro reliquis Christus amaverat,
o Dulces hominis delicias Dei: &
Curarum socius, funeris et comes,
Et testis quoque gloriae.
- 2. Fortunate nimis, cui licitum fuit
Attingere manu Verbum, hominem Deum: &
Hunc audire, oculis cernere, in mundo
Quin et colloquio frui.

3. Hoc vos quanta fuit, cum tibi credidit.
Sensus Christus amans pectoris intimos: *
Quando monte super totus homo deus
Se se numine uestiit.

4. Jesu tu placido dum reculas sinu,
Solus plena Deo vivida flumina: *
Illa lapsu tacito se propius tuis
Numen sensibus inserit.

5. Hinc tu semper amans, semper amabilis,
Hinc a frontis honos, virginis pudor: *
Hinc caeleste iubar, quod super os decet,
Toto vertice funditur.

6. Valli maxima laus, maxima Filio,
Amborumque sacro maxima Flamini: *
Hac est certa fides, fontibus e tuis
Quam divinitus hausimus. amen.

In I. nocturno.
antiphona.

1. Vidit Jesus duos fratres, Jacobum Ze-
bedaei et Joannem fratrem eius in navi, *
cum Zebedaeo patre eorum. Matth. 4.

2. Vidit ipsos componentes retia in navi, *
et vocavit illos. Marc. 1.

3. Illi statim relinquit retibus et patre, *
secuti sunt eum. Matth. 4.

4. Accedunt ad Jesum Jacobus et Joannes
dicentes: * da nobis, ut unus ad dexteram
tuam, et alius ad sinistram sedeamus in
gloria tua. Marc. 10.

5. Respondens Jesus dixit: potestis bibere
calicem, quem ego bibiturus sum? *
dicunt ei: possumus. Matth. 20.

6. Calicem quidem meum bibetis: * sedere
autem ad dexteram meam vel sinistram,
non est meum dare vobis, sed quibus pa-
tratum est a patre meo. ibid.

7. Calicem salutaris accipiam:
Et nomen Domini invocabo. Ps. 115.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 2.

Ego cum venissem ad vos fratres, veni non
in sublimitate sermonis, aut sapentia,
annuntians vobis testimonium Christi.
Non enim iudicavi, me scire aliquid inter
vos, nisi Jesum Christum, et hunc cruci-
fixum. Et ego in infirmitate, et timore
et tremore multo fui apud vos. Et sermo
meus, et predicatio mea non in persuasi-
bilibus humane sapentia verbis, sed in
ostensione spiritus et virtutis: ut fides
vestra non sit in sapentia hominum, sed
in virtute Dei.

¶ Stupor circumdederat Petrum in cap-
tura piscium, similiter Jacobum et Joan-
nem: et reliquis omnibus secuti sunt
Jesum. ¶ Ipsi viderunt opera Domini,
Amirabilia eius in profundo. et. Luc. 5.
Ps. 106.

Lectio II.

Sapientiam autem loquimur inter per-
turos: Sapientiam vero non huius seculi,
eque principum huius seculi, qui destru-
ntur: sed loquimur Dei sapientiam in
mysterio, quae abscondita est, quam predesti-
navit Deus ante secula in gloriam nostram:
nam nemo principum huius seculi cog-
novit, si enim cognovissent, numquam
dominum gloria crucifixissent. Sed sicut
scriptum est: quod oculus non vidit, nec
auris audivit, nec in cor hominis ascendit,
ne preparavit Deus iis, qui diligunt illum:
his autem revelavit Deus per spiritum
suum: Spiritus enim omnia scrutatur etiam
profunda Dei. Quis enim hominum scit,

que sunt hominis, nisi spiritus hominis,
qui in ipso est? ita et que sunt Dei, nemo
cognovit, nisi spiritus Dei.

R. Assumam te serve meus, dicit Dominus, *
et ponam te quasi signaculum, quia te elegi.
V. Dabo tibi thesauros absconditos et arcana
secretorum, ut scias quia ego Dominus.
* et ponam. agg. 2. ff. 45.

Lectio III.

Nos autem non spiritum huius mundi
accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est,
ut sciamus, que a Deo donata sunt
nobis: que et loquimur non in doctis
humano sapientie verbis, sed in doctrina
spiritus, spiritualibus spiritualia
comparantes. animalis autem homo
non percipit ea, que sunt spiritus Dei,
stultitia enim est illi, et non potest in-
telligere: quia spiritualiter examinatur.
spiritualis autem iudicat omnia, et ipse
a nemine iudicatur. Quis enim cognovit
sensum Domini, qui instruat eum? nos
autem sensum Christi habemus.

R. Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum
et Joannem, et ascendit in montem, ut
oraret, et facta est species vultus eius al-
tera: * et viderunt maiestatem eius.
V. Posuit oculum suum super corda il-
lorum, ostendere illis magnalia. * et vid.
Luc. 9. Gal. 14.

Lectio IV. cap. 5.

Et ego, fratres, non potui vobis loqui
quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.
Tamquam parvulis in Christo lac vobis

solum dedi, non escam: nondum enim
 roboratis; sed nec nunc quidem potestis,
 adhuc enim carnales estis. Cum enim sit
 inter vos zelus et contentio, nonne carna-
 les estis, et secundum hominem ambulatis?
 cum enim quis dicat: ego quidem sum
 Pauli; alius autem: ego Apollo; nonne
 homines estis? quid igitur est Apollo? quid
 vero Paulus? minister eius, cui credidistis,
 et unicuique sicut Dominus dedit. Ego plan-
 tavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum
 dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid,
 neque qui rigat, sed qui incrementum dat
 Deus. Qui autem plantat, et qui rigat,
 unum sunt.

R. Amantissimus Domini habitabit
 confidenter in eo: * quasi in thalamo
 tota die morabitur, et inter humeros
 illius requiescet. V. Erat recumbens unus
 ex discipulis eius in sinu Iesu, quem dilige-
 bat Iesus. * quasi. V. gloria. * quasi. Iud. 33.
Jo. 13.

In II. nocturno.
antiphona.

1. Non admisit Iesus, quemquam se sequi, *
 nisi Petrum, et Jacobum et Joannem. Marc. 5.
2. Joannes recubuit in coena super pedus
 Iesu, et dixit: * Domine, quis est, qui tra-
 det te? Jo. 21.
3. Cum vidisset Iesus matrem, et discipulum
 stantem, quem diligebat, dicit matri
 suae: * ecce filius tuus. Jo. 19.
4. Dicit discipulo: ecce mater tua: * et ex
 illa hora accepit eam discipulus in sua. ib.
5. Venit Maria Magdalene ad Petrum, et ad
 discipulum, quem amabat Iesus: * et
 dicit illis: tulerunt Dominum. Jo. 20.
6. Stetit Iesus in littore, * et dixit discipulus
 ille, quem diligebat, Petro: Dominus est. Jo. 21.

V. Dabis eum in benedictionem in seculum
seculi:

R. Letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Ps. 20.

Lectio V.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri,
De scriptoribus ecclesiasticis. cap. 9.

Ioannes apostolus, quem Iesus amavit
plurimum, filius Zebedei, frater Jacobi
Apostoli, quem Herodes post passionem
Domini decollavit, novissimus omnium
scripsit Evangelium, rogatus ab Asiae
episcopis, adversus Cerinthum, aliosque
haereticos, et maxime tunc Ebionitarum
dogma consurgens, qui asserunt, Christum
ante Mariam non fuisse: unde et com-
pulsus est divinam eius nativitate m-
edicere.

R. Hic est discipulus ille, qui testimonium
perhibet de his, et scripsit hoc: et scimus,
quia verum est testimonium eius. V. Cog-
nitus est in verbis suis fidelis, quia vidit
Deum lucis. et scimus. Jo. 21. Euli. 16.

Lectio VI.

Quarto decimo igitur anno, secundam
post Neronem persecutionem movente
Domitiano, in Balmos insulam rele-
gatus, scripsit apocalypsim, quam inter-
pretatur Iustinus martyr et Irenaeus.
Interfecto autem Domitiano, auctis
eius ob nimiam crudelitatem a senatu
rescriptis, sub aeterna principis rediit ipse sum;
ibique usque ad Traianum principem
perseverans, totas Asiae fundavit, rexitque
ecclesias: et confectus senio, sexagesimo
octavo post passionem Domini anno
mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est.

¶ Propheta magnus et fidelis in conspectu
 Dei, & usque in sempiternum ostendit futura,
 et abscondita, antequam venirent. U. dea-
tus, qui custodit verba prophetia libri
hujus: et ego Johannes audiui et vidi hoc.
 & usque. Luci. 48. apoc. 22.

Lectio VII.

Ex commentario eiusdem in
 epistolam ad galatas. l. 3. c. 6.

Deatus Johannes Evangelista, cum Ephesi
 moraretur usque ad ultimam senectutem,
 et vix inter discipulorum manus ad calc-
 sianam deferretur, nec posset in plura
 vocem verba contorere; nihil aliud per
 linguas solebat profere collectas, nisi hoc:
 filioli, diligite alterutrum. Tandem dis-
 cipuli et fratres, qui aderant, odio affecti,
 quod eadem semper audirent, dixerunt:
 magister, quare semper hoc loqueris? cui
 respondit dignam Joanni sententiam: quia
 preceptum Domini est, et solum fiat, suf-
 ficit.

¶ Charissimi! hoc mandatum habemus
 a Deo: & ut qui diligit Deum, diligat et
 fratrem suum. V. Judicium patris audite
filii, et sic facite, ut salvifitis. & qui diligit.
1. Jo. 4. Luci. 5.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
 De consensu Evangelistarum.
l. 1. c. 4.

Tres primi Evangelistae in his rebus maxi-
 me diversa sibi sunt, quas Christus per huma-
 nam carnem temporaliter gessit: porro
 ultem Johannes ipsam maxime divinita-
 tem Domini, quo Patri est aequalis, intendit,
 unque praecipue suo Evangelio, quantum

inter homines sufficere credidit, commensare curavit. Itaque longe a tribus istis superius fertur; ita ut hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conversari, illum autem transcendere nebulam, qua tegitur omnis terra, et pervenire ad liquidum caelum, unde acie mentis acutissima atque firmissima videret, in principio Verbum Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia: tanquam qui de pectore ipsius Domini, super quod discumbere in eius convivio solitus erat, secretum divinitatis eius uberius, et quodammodo familiariter biberit.

R. Quod audivimus, et manus nostrae contrectaverunt de verbo vitae, et annuntiamus vobis: et vitam aeternam, quae erat apud Patrem, et apparuit nobis.
V. Incerta et occultata sapientia tua, manifestasti mihi Domine. et vitam.
V. gloria. et annuntiamus. j. jo. j. Ps. 50.

In III. nocturno.

Ant. Eue Deus noster iste: expectavimus eum: et salvabit nos. ps. 25.
cantica ut in Nativitate Domini.

V. Hic est Deus, Deus noster in aeternum:
R. Ipse reget nos in secula. Ps. 47.

Lectio IX.

De Epistola prima beati Joannis apostoli. cap. j.

Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, quod manus nostrae contrectaverunt de Verbo vitae: et vita manifestata est, et vidimus et testamur, et annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem, et apparuit nobis. Quod vidimus et audivimus

annuntiamus vobis, ut et vos societatem
habeatis nobiscum, et societas nostra sit
cum Patre, et cum filio eius Jesu Christo.

R. Hoc scripta sunt, ut credatis, quia Jesus
est Christus Filius Dei, & et ut credentes
vitam habeatis in nomine eius. V. In ipso
vita erat, et vita erat lux hominum. & ut
credeatis. Jo. 20. 31.

Lectio X.

Et hoc scribimus vobis, ut gaudeatis, et
gaudium vestrum sit plenum. Et hoc est
annuntiatio, quam audivimus ab eo, et
annuntiamus vobis; quoniam Deus lux
est, et tenebre in eo non sunt ullo. Si dice-
rimus, quoniam societatem habemus cum
eo, et in tenebris ambulamus, mentimur,
et veritatem non facimus. Si autem in
luce ambulamus, sicut et ipse est in luce;
societatem habemus ad invicem, et sanguis
Jesu Christi Filii eius emundat nos ab omni
peccato.

R. Vidimus et testificamur: & quoniam
Pater misit Filium suum Salvatorem mun-
di. V. Qui vidit, testimonium perhibuit;
et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credatis.
& quoniam. 1. Jo. 4. Jo. 19.

Lectio XI.

Si dixerimus, quoniam peccatum non
habemus, ipsi nos seducimus, et veritas
in nobis non est. Si confiteamur peccata
nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis
peccata nostra, et emundet nos ab omni
iniquitate. Si dixerimus, quoniam non
peccavimus, mendaciam facimus cum, et
verbum eius non est in nobis.

R. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: &
qui confessus fuerit et reliquerit ea, misericordia

consequetur. V. Si confiteamur peccata
nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis
peccata nostra. * qui. Prov. 28. j. qd. j.

Lectio XII. cap. 2.

Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccetis.
Sed et si quis peccaverit, advocatum habemus
apud Patrem, Jesum Christum iustum: et
ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non
pro nostris autem tantum, sed etiam pro
totius mundi. Et in hoc scimus, quoniam
cognovimus eum, si mandata eius obser-
vemus. qui dicit, se nosse eum, et man-
data eius non custodit, mendax est, et in
hoc veritas non est. Qui autem servat ver-
bum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta
est.

R. Si diligitis me, mandata mea servate. *
qui habet mandata mea, et servat ea, ille
est, qui diligit me. V. Cura disciplina di-
lectio est, et dilectio custodia legum illius
est. * qui. V. Gloria. * qui. Jo. 14. Sap. 6.

Sequentia Sancti Evangelii

Secundum Joannem. cap. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus Petro: sequere
me. Conversus Petrus vidit illum discipu-
lum, quem diligebat Jesus sequentem,
qui et recubuit in caena super pectus eius,
et dixit: Domine, quis est, qui tradet te?
At uno ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesus:
Domine, huius autem quid? Dicit ei Jesus:
Si cum volo manere, donec veniam, quid
ad te? tu me sequere. Exiit ergo sermo iste
inter fratres: quia discipulus ille non mo-
ritur. Et non dixit ei Jesus: non moritur;
sed: si cum volo manere donec veniam, quid
ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium
perhibet, de his, et scripsit hoc: et scimus, quia
verum est testimonium eius.

De Laudibus matutinis et horas.antiphona.

Attic est discipulus, quem diligebat Je-
sus, * qui et recubuit in caena super
pectus eius. Jo. 21.

Sub umbra illius, quem desideraveram
sedi: * et fructus eius dulcis gutturi
meo. Cant. 2.

3. Inveni sunt sermones tui, et comedi
eos: * et factum est mihi verbum in
gaudium, et in letitiam cordis. Jer. 15.

1. ad laud. Cognitus est in verbis suis
fidelis: * quia vidit Deum lucis. Luci. 10.

5. ad preceptum Domini elevabitur aqui-
la, et in arduis ponet nidum suum: *
Et de longe oculi eius prospicient. Job. 39.

Lectio apoc. 1.

Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi
Deus palam facere servis suis, quae oportet
hereditariis, et significavit mittens per ange-
lum suum servum suo Joanni: qui testimo-
nium perhibuit verbo Dei, et testimonium
Jesu Christi, quaecumque vidit.

R. br. Introibo in potentias Domini: *
pronuntiabo mirabilia tua. Rep.

1. usque in altissima, quae fecisti, magna tua.
* pronunt. v. gloria. Rep. Ps. 70.

Hymnus clun.

1. Quae dixit, egit, per tulit
Verbum Dei factum caro: *
Scriptis viri caelestibus
Tres illa mundo nuntiant.

2. Sublimis omnes transvolat,
Et raptus ad sedem Patris, *
Quod est apud Deum Deus,
Verbum Joannis praevidet.

3. Christi recumbens in sinu,
 His haurit alia fontibus: &
 His et fluentis ebruius,
 Eructat orbi, quod bibit.

4. Quae beato pectore
 Flammam amoris concipit! &
 Vox hinc amorem personat,
 Spirant amorem paginae.

5. O chara Christo, qui cruci
 Te fixus heredem vocat: &
 Tibique virgo virgini
 Matrem relinquit virginem.

6. Jesu tibi sit gloria,
 Qui natus es de virgine: &
 Cum Patre cumque Spiritu,
 In sempiterna secula. amen.

V. Beatus homo, quem tu erudieris Domine:

R. Et de lege tua docueris eum. Ps. 93.

ad Bened. ant. Filii Sion exultate et
 letamini in Domino Deo vestro: & quia
 dedit vobis doctorem iustitiae. Joel. 2.

Oratio Sac. Greg.

Ecclesiam tuam Domine benignus illustra:
 ut beati Joannis apostoli tui et evange-
 listae illuminata doctrinis, ad dona per-
 veniat sempiterna. Per Dominum.

Pro commemoratione octavae Nativitatis

ant. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissol-
 vat opera diaboli: & omnis qui natus est
 ex Deo, peccatum non facit. J. Jo. 8.

V. Benedictus qui venit in nomine Domini.

R. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Oratio Sac. Greg.

Largire, quo sumus Domine, fidelibus tuis
 fidei, spei et charitatis augmentum: ut
 qui de Nativitate Filii tui Domini nostri

esu Christi gloriantur; et adversa mundi te-
ubernante non sentiant, et quo temporaciter
lebrare desiderant, sine fine percipiant.

Commem. octava S. Stephani, ut post festum
Innocentium notatur.

Ad Tertiam.

Lectio offa. 51.

Posui verba mea in ore tuo, et in umbra ma-
nus meae protexi te, ut plantes caelos et fundes
terram, et dicas ad sion: populus meus es tu.

V. Deus occuisti me a juventute mea:

R. Et usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua. Ps. 70.

Ad Sextam.

Lectio apoc. 10.

Recepi librum de manu angeli, et devoravi
illum, et erat in ore meo tanquam mel
dulcis: et dixit mihi: oportet te iterum pro-
phetare gentibus, et populis et linguis,
et regibus multis.

V. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,

R. Super mel ori meo. Ps. 118.

Ad Nonam.

Lectio off. 45.

Dabo tibi thesauros absconditos et arcana se-
cretorum: ut scias, quia ego Dominus, qui
voco nomen tuum, Deus israel.

V. Confitebor tibi, quia terribiliter magni-
ficatus es:

R. Mirabilia opera tua, et anima mea
cognoscit nimis. Ps. 88.

Ad II. Vesperas.

in hyphone, ut in II. Vesperis et abivitatis.

Lectio Euli. 15.

In medio eulepis aperiet os eius, et adin-
debit illum spiritu sapientiae et intel-
lectus: et stola gloriae vestiet illum.

Re. br. Preuenisti cum Domine, & in benedictio-
nibus dulcedinis: Rep.

V. Tribuisti ei longitudinem dierum & in
bened. & gloria. Rep. Ps. 20.

Hymnus Clun.

1. Jusu tyranni pro fide

Bulfus Joannes exulus: &
Teritur volatu libero
Nens celsa supra sidera.

2. Illic revelat se tibi

Qui mortuus vivit Deus: &
agnus salutis hostia,
Et morte devicta leo.

3. Arcana te vatem docet

Regni sui mysteria: &
Baudit cruore Martyrum
Ulque spargendam fidem.

4. Urbem novam sponsam Dei,

Sponsi nil tenent lumine, &
Viris refertam gaudiis,
Quam mente lata conspicias!

5. Fontes et agni lucidos

Aque jibente nos vocas: &
Osi sibile del Deus
Gratis bibenda flumina.

C. Jesu tibi sit gloria,

Cui natus es de virgine: &
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

V. Deus replet in bonis desiderium tuum:

R. Renovabitur ut aquila juventus tua. Ps. 102.

ad Magnif. ant. Amen dico vobis, sunt

quidam de hic stantibus, qui non gustabunt
mortem, & donec videant regnum Dei venientis
in virtute. Marc. 8.

Pro commemoratione S. Innocentium.

ant. Confurge Sion, effunde sicut aquam

te tuum ante conspectum Domini: & leva
Deum manus tuas pro anima parvulorum
eorum. Thren. 2.

1. Capta bunt in animam iusti:
2. Et sanguinem innocentem condemnabunt. Ps. 95.

Oratio sac. gelas.

Deus, cuius hodierna die proconium
innocentes Martyres non loquendo, sed
noriendo confessi sunt: omnia in nobis
inhorum mala mortifica; ut fidem tuam,
quam lingua nostra loquitur, etiam
moribus vita fateatur. Per Dominum.

Procommem. oct. relativit. ant. Vitam
eternam dedit nobis Deus: et hoc vita in
Filio eius est. j. ps. 5.

- V. Hic est Deus, Deus noster in eternum:
R. Ipse reget nos in secula. Ps. 47.

Oratio ut supra ad laudes.

Die XXVIII. Dec.

S. Innocentium Martyrum.
Festivitas II. clas. ps. 12. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

Invit. Jesum complexantem et benedicen-
tem parvulos: & Venite adoremus. Marc. 10.

Hymnus Prudentii.

1. Audit tyrannus anxius,
Avesse regum principem: &
Qui nomen Israel regat,
Teneatque David regiam.
2. Exclamat amens nuntio:
Successor inflat, pellimur: &
Sabelles i, ferrum rapet,
Persuade cunas sanguine.
3. Mas omnis infans occidat,
Scudare nutricium finis: &

Interque materna ubera
Ensem cruentum pugio.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: &
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

In I. octavo.

antiphona.

1. Conspicet rex impudens facie: & et su-
pra quam credi potest, universa vasa
bit. Dan. 8.
2. Terribilium tribulatio, et angustia
vallabit eum, & sicut regem, qui pro-
paratur ad bellum. Job. 18.
3. Interficiet populum sanctorum se-
cundum voluntatem suam, & et diri-
getur dolus in manu eius. Dan. 8.
4. Occidet plurimos, & et contra principem
principum consurgit. ib.
5. Tendit adversus Deum manum suam, &
et contra omnipotentem roboratus
est. Job. 18.
6. Non roborabitur homo ex impietate, &
et radix justorum non commovebitur.
Prov. 12.
7. Peccator studebit super gustum dentibus suis:
R. Dominus autem iridebit eum. Ps. 56.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 9.

Unusquisque propriam mercedem acci-
piet secundum suum laborem: Dei enim
sumus adiutores: Dei agricultura estis,
Dei edificatio estis. Secundum gratiam
Dei, quae data est mihi, ut sapiens architectus
fundamentum posui, alius autem super-

edificat. unusquisque autem videat,
 uomodo super edificeat. Fundamentum
 enim aliud nemo potest ponere, praeter
 quod positum est, quod est Christus Jesus.

¶ Herodes clam uocabis Magis & diligenter
 iudicabit ab eis tempus stelle, quo apparuit
 is. V. Multo sunt insidio dolosi; bona
 enim in mala conuersens insidiatur.
 Diligenter. Matth. 2. Eul. ii.

Lectio II.

Siquis autem superedificat super funda-
 mentum hoc aurum, argentum, lapides
 pretiosos, ligna, foenum, stipulam:
 uniuscuiusque opus manifestum erit;
 dies enim Domini declarabit, quia in igne
 reuelabitur: et uniuscuiusque opus
 inale sit, ignis probabit. Si cuius opus
 non fuerit, quod superedificauit, mercedem
 recipiet. Si cuius opus arserit, detrimen-
 tum patietur: ipse autem saluus erit,
 si tamen quasi per ignem. et scitis, quia
 templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat
 in uobis? Siquis autem templi Dei uiola-
 uerit, disperdet illum Deus. Templum
 enim Dei sanctum est, quod estis uos.

¶ In labiis suis indulcat inimicus, et
 in corde suo insidiatur; si inuenerit
 tempus, non satiabitur sanguine. V. gl'e,
 et interrogate diligenter de puero; et re-
 spondite mihi, ut et ego ueniens adorem
 eum. et in corde. Eul. ij. Matth. 2.

Lectio III.

Uomo se seducat: si quis uideatur inter
 eos sapiens esse in hoc seculo, stultus
 uero est, et insipiens. Sapientia enim huius
 mundi stultitia est apud Deum: scriptum

est enim: comprehendam sapientes in
astutia eorum. Et iterum: Dominus novit
cogitationes sapientium, quoniam vana
sunt. et nemo itaque gloriatur in hominibus:
omnia enim vestra sunt, sive baulus, sive
apollonius, sive cephas, sive mundus, sive
vita, sive mors, sive presentia, sive futura;
omnia enim vestra sunt: vos autem Chri-
sti, christus autem Dei.

R. Sonitus terroris semper in auribus
inpii: & cum pax sit, insidias suspi-
catur. V. Herodes videns, quoniam
illusus est a Magis, iratus est valde.
& cum pax. Job. 15. Matth. 2.

Leitio IV. cap. 4.

Sic nos existimet homo, ut ministros
Christi et dispensatores mysteriorum Dei.
Hic jam queritur inter dispensatores, ut
fidelis quis inveniatur. mihi autem pro
minimo est, ut a vobis iudicet, aut ab hu-
mano die: sed neque me ipsum iudico, et nihil
enim mihi conscius sum, sed non in hoc
iustificatus sum: qui autem iudicat me,
Dominus est. Itaque nolite ante tempus
iudicare, quoadusque veniat Dominus:
qui et illuminabit abscondita tenebra-
rum, et manifestabit consilia cordium:
et tunc laus erit unicuique a Deo.

R. Reges terra, et principes convenerunt
adversus Dominum, et adversus Christum
eius: & qui habitat in caelis, iridabit eos.
V. Futurum est, ut Herodes querat pue-
rum, ad perdendum eum. & qui. V. gloria.
& qui habitat. Ps. 2. Matth. 2.

In II. nocturno.
antiphona.

- Vox in excelso audita est lamentationis Rachel plorantis filios suos: & et nolentis consolari quia non sunt. Jer. 31.
- Hec dicit Dominus: quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis: & revertentur filii tui ad terminos tuos. ib.
1. Anima quiores esto filii: & qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. Barnab. 4.
2. Circumspice, et vide iucunditatem a Deo tibi venientem: & ecce veniunt filii tui in verbis sancti, gaudentes in honorem Dei. ib.
3. Mundi creator, qui formasti hominis naturam, & spiritum iterum vobis cum misericordia reddidisti vitam. 2. Mach. 7.
4. Medico nunc dolore sustentato, & sub testamento eterno vobis effecti sunt. ib.
5. Novit Dominus dies immaculorum.
6. Et hereditas eorum in eternum erit. Ps. 36.

Leitio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. un. de S. Innoc.

Ut illi dispositione triplex ista solemnitas Natalis Domini comitatur: ut non modo inter continuas solemnitates devotio continua perseveret, sed et fructus dominice natiuitatis exinde vobis velut ex quadam prosecutione evidentius innotescat. Siquidem idcirco est in his tribus solemnitatibus triplicem quandam speciem sanctitatis: nec facile proter hoc tria sanctorum generum alium posse arbitror in hominibus operiri. Habemus in beato Stephano martyri simul et opus et voluntatem: habemus solam voluntatem in beato Joanne: solum in beatis Innocentibus opus.

R. Praecipit Pharao omni populo suo dicens: & quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite. V. Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, et in finibus eius. & quidquid. Exod. i. Matth. 2.

Lectio VI.

An vero de Innocentium coronis quis dubitet? quae pro Christo trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. alioquin quando cocuos filii pueros puerille, qui natus est nobis, non contra nos, propter se pateretur occidi, quod utique solonam poterat prohibere, nisi melius aliquid eis provideret? ut quemadmodum ceteris infantibus tunc quidem circumcisio, nunc vero baptismus sine ullo proprio voluntatis usu sufficit ad salutem: si nihilo minus pro eo susceptum martyrium illis sufficeret ad sanitatem.

R. Convertam luctum eorum in gaudium, & et consolabor eos, et laetificabo a dolore suo. V. Ego dabo de fonte aqua vitae gratis. & et consolabor. Jer. 31. apoc. 21.

Lectio VII.

Si quæris eorum apud Deum merita, ut coronarentur, quære et apud Herodem crimina, ut trucidarentur. an forte minor Christi pietas, quam Herodis impietas, ut ille quidem potuerit innocios neci dare, Christus non potuerit propter se occisos coronare? Si ergo Stephanus martyr apud homines, cuius voluntaria passio evidenter apparuit

eo vel maxime, quod in ipso mortis articulo tam pro persequentibus, quam pro se ipso sollicitudinem gereret ampliam, vincereque in eo corporeo sensum rationis interno compassione affatus, illorum magis scelera, quam sua videra plangeret. Sic Joannes apud angelos martyr, quibus tamquam spiritalibus creaturis spiritalia devotionis eius signa certius innotuerunt. ceterum si sunt plane martyres tui, Deus: ut in quibus nec homo, nec angelus meritum invenit, singularis tuae prerogativa gratia evidentius commendetur.

¶ Quam admirabile est nomen tuum Domine! ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. &c. Simile parvulos, et nolite prohibere eos ad me venire; talium est enim regnum caelorum. & ex ore. Ps. 8. Matth. 19.

Lectio VIII.

Considerent hoc, qui de opere et voluntate contentiosius solent disputationibus corrivari: considerent et advertant, neutrum negligi oportere, ubi non videtur deesse facultas: praesertim cum utrumque hinc aeterni: ubi tamen facultas deest: non modo salutem conferri populi, sed etiam sanctitatem. Sed et hoc quoque firmiter teneant, prodepe quidem opus sine voluntate, non autem contra voluntatem: ut unde salvantur infantes, inde magis damnentur filii audentes. Imulemur proinde charitatem, et sectemur bona opera, fratres mei, nec

infirmis, nec ignorantibus peccata ullo modo parvi pendentes. Magis autem solliciti et timorati, agamus gratias benignissimo et largissimo salvatori, qui humano salutis occasionem tam copiosa charitate perquiri, ut in his voluntatem et opus, in his sine opere voluntatem, in his etiam sine voluntate opus salutis invenire letetur, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem sui venire.

R. Letaberis in filiis tuis; * quoniam omnes benedicentur et congregabuntur ad Dominum. V. Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis. * quoniam. V. gloria. * quoniam Job. 13. Jer. 31.

In III. nocturno.

ant. Prociptabit morbem in sempiternum; * et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie. Ps. 25.

Cantica ut in die natalivitatis.

V. Laudate pueri Dominum;

R. Laudate nomen Domini. Ps. 112.

Lectio IX.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.
cap. 6.

Vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium, quod habebant. Et clamabant voce magna dicentes: usquequo, Domine, sanctus et verus, non iudicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? Et dabo

in illis fringulo stolo albo: et dicitur
illis, ut requiescerent adhuc tempus
iudicium, donec compleantur confervi-
orum et fratres eorum, qui interfi-
cendi sunt sicut et illi.

¶ Invocabant Dominum, ut vocem
tanquam ad se clamantis audiret: &
ut memoraretur iniquissimas mortes
parvulorum innocentium. V. Vox in
rama audita est, ploratus et ululatus
muelus, Rachel plorans filios suos.
& ut memor. 2. Mach. Matth. 2.

Lectio X. cap. 7.

Unus de senioribus dixit mihi: hi, qui
amicti sunt stolis albis, qui sunt, et
unde venerunt? Et dixi illi: Domine
mi, tu scis. Et dixit mihi: hi sunt, qui
venerunt de tribulatione magna, et
laverunt stolas suas, et dealbaverunt
eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante
Thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte
in templo eius: et qui sedet in throno,
habitabit super illos. Non esurient, neque
thient amplius, nec cadet super illos
cal, neque ullus estus: quoniam Agnus,
qui in medio throni est, reget illos, et
deducet ~~illos~~ eos ad villo fontes aquarum.
¶ Hoc dicit Dominus: quiescat vox
tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis: &
~~revertentur~~ revertentur filii ad terminos
tuos. V. Agnus reget eos, et absterget
teus omnem lacrymam ab oculis eorum.
revertentur. Jer. 31. Apoc. 7.

Lectio XI. cap. 14.

Et vidi, et ecce agnus stabat supra

montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de coelo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitruum magni: et vocem quam audivi, sicut citharodorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia et seniores.

R. Non inquinaverunt vestimenta sua: et ambulabunt mecum in altis, quia digni sunt. *V.* Laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine agni. et ambulabunt. apoc. vi. et vii.

Lectio XII.

Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur agrum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiis Deo et agno, et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

R. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, et qui eras, et qui venturus es: et quia regnasti, et advenit tempus reddere mercedem servis tuis et sanctis. *V.* Confiteantur tibi Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. et quia. *V.* gloria. et quia. apoc. vi. et vii.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Mattheum. cap. 2.

In illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge, et

uipe puerum et matrem eius, et fuge in
 egyptum, et esto ibi, usque dum dicam tibi:
 uturum est enim, ut Herodes querat
 uerum ad perueniendum eum. Qui confu-
 rus auerit, puerum et matrem eius nocte,
 et secessit in egyptum: et erat ibi usque
 ad obitum Herodis, ut adimpleretur,
 quod dictum est a Domino per Prophe-
 tam dicentem: ex egypto uocavi filium
 meum. Tunc Herodes uideus, quoniam
 clusus esset a Magis, iratus est valde,
 et mittens occidit omnes pueros, qui erant
 in bethlehem, et in omnibus finibus
 eius, a limatu et infra, secundum tem-
 pus ~~floris~~, quod exquisierat a Magis.
 Tunc adimpletum est, quod dictum est
 per jeremiam prophetam dicentem:
 vox in Rama audita est, ploratus et
 ululatus multus: Rachel plorans filios
 suos, et noluit consolari, quia non sunt.

Ad laudes matutinas et horas.

antiphona.

- 1. Lamentabiles apumant super nos
 lamentum: * quia mors ingrepa est
 domos nostras, disperdere paruulos
 de foris. Jer. 9.
- 2. Cum cogitarent iustorum occidere in-
 fanles, * uno liberalo suscepta est
 a populo sanitas. Sap. 18.
- 3. In paucis vexati, in multis bene
 disponentur: * quoniam deus inuenit
 illos dignos se. Sap. 5.
- 1. ad laud. Agnus, qui in medio throni
 est reges illos: * et deducet eos ad uita
 fontes aquarum. apoc. 7.
- 2. Victorem manum tuam laudauerunt
 pariter: * quoniam sapientia aperuit os
 mulorum, et linguas infantium fecit diser-
 tas. Sap. 10.

Gratia Dei et misericordia est in sanctos
eius, et respectus in electos illius: con-
demnat autem justus mortuus vivos
impios, et juvencus celerius consumma-
ta longam vitam iniusti.

Re. br. Laudate pueri Dominum * lau-
date nomen Domini: Resp.

V. Qui humilia respicit, in coelo et in
terra. * laudate. V. gloria. Resp. Ps. 112.

Hymnus Sen.

1. Nolles in agnos ceu lupus
Amens tyrannus irruidi *
Et destinal promiscua
In strage Christum perdere.

2. Cuncto redundant sanguine,
Sed in Deum frustra furit: *
Unum petil tot moribus,
Mortes tot unus effugit.

3. Mater querelis parate;
Quid capta flebis pignora? *
Agnum salutis obsidem
Denso sequuntur agmine.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

V. Dominus habitare facit sterilem in domo,
R. Matrem filiorum letantem. Ps. 112.

ad Bened. ant. Jerusalem sta in excelsis: * et
vide collectos filios tuos in verbo sancti gau-
dentes Dei memoriam. Baruch 5.

Oratio Sacr. gelas.

Deus, cuius hodierna die pro conium Innocentes
Martyres non loquendo, sed moriendo confesi
sunt: omnia in nobis vitiorum mala morti-
fica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lo-
quitur etiam moribus vita falcetur. Per Do-
minum.

o commemoratione octavo et nativitatis
nt. Christus ex ante omnes, et omnia in
 se constant. & et per eum ~~complevit~~ comple-
 vit deo reconciliare omnia in ipsum. Colos. i.
 1. Benedictus qui venit in nomine Domini:
 2. Deus Dominus et illuxit nobis. Pf. 117.

Oratio Sac. Greg.

Imnipotens sempiternus Deus, qui in Filii
 tui Domini nostri natalitate tribuisti
 totius religionis initium perfectionemque
 constare: Da nobis, quo sumus, in eius por-
 tione censeremur; in quo totius salutis humane
 summa consistit.

Hic commemoratio octavarum ut infra.

ad Tertiam.

Lectio. 2. Tim. i.

Deus nos liberavit et vocavit vocatione sua
 sancta, non secundum opera nostra, sed
 secundum propositum suum et gratiam.
 1. Ex ore infantium et lactentium perfe-
 cisti laudem,
 2. Propter inimicos tuos Domine. Pf. 8.

ad Sextam.

Lectio 2. cor. 4.

Id quod in presenti est momentaneum, et
 leve tribulationis nostrae, supra modum
 in sublimitate aeternum gloriae pondus ope-
 ratur in nobis.

1. Eduxit populum suum in exultatione:
 2. Et electos suos in letitia. Pf. 104.

ad Nonam.

Lectio Sap. 5.

In perpetuum viventi, et apud Dominum est
 merces eorum, et cogitatio illorum apud
 seipsum: ideo accipient regnum decoris
 et diadema speciei de manu Domini.

1. Salvasti nos Domine de afflictionibus nos:
 2. Et quodientes nos confundisti. Pf. 45.

Ad II. Vesperas.Antiphona ut in II. vespere Nativitatis.Lectio Sap. 5.

Eue quomodo computati sunt inter filios
Dei, et inter sanctos fors illorum est.

R. br. Eduxit populum suum * in exul-
tatione: Rep.

V. Et electos suos in letitia. * in exult.

V. Gloria. Rep. Ps. 104.

Hymnus Prudentii.

1. Salve te flores Martyrum,

Quos lucis ipse in limine, *
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.

2. Vos prima Christi victima

Grex immolatorum tener: *
Aram ante ipsam simplices,
Palma et coronis luditis.

3. Quo proficit tantum nefas?

Quid crimen Herodem juvat? *
Unus tot interfunera
Impune Christus tollitur.

4. Sic stuela regis impii

Ediula quondam fugerat, *
Christi figuram proferens
Moses, receptor civium.

5. Jesu tibi sit gloria,

Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cum Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

V. Salvaisti nos de affligentibus nos:

R. Et odientes nos confundisti. Ps. 43.

Ad Magnif. ant. Pueri tui tamquam agni
exultaverunt, magnificantes te Domine: *
qui liberaasti illos. Sap. 19.

de commemoratione octavae natiuitatis.

ant. Recordatus est Dominus populi sui, &
omiserunt hereditatis sue. Esth. 10.

Memoriam fecit mirabilium suorum.

¶ Misericors et miserator Dominus. Ps. 110.

Oratio ut supra ad laudes.

de commemoratione reliquarum octavarum.

Commemorationes octavarum.

Simul collecto.

Pro claritate Domini ad Benedictus et
Magnificat, ubi et orationes singulis diebus propriae.

Pro S. Stephano ad laudes. ant.

Mendaces ostendit Dominus, qui macula-
uerunt illum: & dedit illi claritatem
aeternam. Sap. 10.

¶ Tu Domine susceptor meus es:

¶ gloria mea, et exaltans, caput meum. Ps. 3.

¶ Resp. ant. Inuocauit Dominum omnipo-
entem, & sic Dominus glorificauit eum
in offerendo illi coronam glorie. Luli. 114.

¶ Magna est gloria eius in salutaribus tuis.

¶ gloriam et magnum decorem impones
super eum. Ps. 20.

Oratio Sae. Greg.

Deus, qui nos Unigeniti tui clementer in-
arnatione redemisti: da nobis patrocinia
uorum continuata sanctorum, quibus cape-
re ualeamus salutaris mysterii portionem.
Per eundem.

Pro S. Joanne ad Laudes ant.

Fili Sion exultate, et letamini in Domino
Deo uestro: & quia dedit uobis doctorem
in lege. Joel 2.

¶ Beatus homo, quem tu erudieris Domine:

¶ Et de lege tua docueris eum. Ps. 93.

Adveff. ant. Amen dico vobis: sunt quidam
de hic stantibus, qui non gustabunt mortem,
* donec videant regnum Dei veniens in vi-
sute. Marc. 8.

V. Deus replet in bonis desiderium tuum:

R. Renovabitur ut aquilo juventus tua. Ps. 102.

Oratio Sav. Greg.

Deus, qui per os beati apostoli tui Joannis
Verbi tui nobis arcana reperiasti: presta
quosumus, ut quod ille nostris auribus
excellenter infudit; intelligentia compe-
tentis eruditione capiamus.

Pro S. Innocentibus ad laudes ant.

Jerusalem sta in excelsis, * et vide collectos
filios tuos in verbo sancti, gaudentes Dei
memoria. Bar. 5.

V. Dominus habitare facit sterilem in domo:

R. Matrem filiorum letantem. Ps. 112.

Adveff. ant. Pueri tui tamquam agni
exultaverunt, magnificantes te Domine: *
qui liberafticos. Sap. 19.

V. Salvafti nos de affligentibus nos:

R. Et odientes nos confundifti. Ps. 43.

Oratio Thom.

Adjiva nos, quosumus Domine, eorum
deprecatione sanctorum: qui Filium
tuum humana nec dum voce profiterentes;
coelesti sunt pro eius et altitudine te gratia
coronati. Per eundem Dominum.

Dominica

infra octavam natalivitatis.

Duplex maius. 12. lect.

Rubrica. j. Si occurrat in festis S. Stephani,
Joannis vel Innocentium, transferatur
in octavam diem horum sanctorum, ac tunc
fiat de Dominica, ut infra notatur, cum

189.
memoratione diei octavo in utrisque
esperis, laudibus et Missa.

Si festum Nativitatis in Dominica
venerit, de ista Dominica fiet officium
Iudici infra octavam XXIX. prout
infra post hanc Dominicam notatur.

In ceteris diebus, 29. 30. vel 31. de occur-
rente Dominica fiet, uti hinc notatur.

Ad I. Vesperas.

Ad. In festo S. Innocentium in sabbato,
de Dominica fiet sola commemoratio: |

Antiphona ut in II. Vesperis Nativitatis:
post Circumcisionem vero, ut in die circum-
cisionis.

Leitio. Colos. i.

Gratias Deo Patri, qui eripuit nos de po-
testate tenebrarum, et transtulit in reg-
num Filii dilectionis sue: in quo habe-
mus redemptionem, remissionem pecca-
torum.

Ps. et hymnus ex II. vesp. Nativitatis.

1. Notum fecit Dominus salutare suum:

2. In conspectu gentium revelavit justitiam
suam. Ps. 97.

De Magnif. ant. Eue nos venimus ad te;
venimes Dominus Deus noster. & vere in
Domino Deo nostro salus Israel. Jer. 9.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiternae Deus: dirige actus
nostros in beneplacito tuo; ut in nomine
ilecti Filii tui mereamur bonis operibus
abundare. Qui tecum vivit.

Deinde fiet commemoratio octavo Nati-
vitatatis, et ceterarum octavarum, juxta
ordinem dierum.

Ad vigilias nocturnas.

Invidal. Et natus est nobis salvator: *
venite adoremus. Luc. 1.

Hymnus Paris.

1. Verbum, quod ante secula
Sinu paterno nasceris: *
Reiens homo sub tempore
Et virginis prodis sinu.
2. Fatale rumpis vinculum,
Quo nos Adamus nexuisti: *
Reides, quod ille perdidit,
Spes illa tecum nascitur.
3. Jam dura discis perpeti,
Quo ferre fontes par fuisti: *
Orbis salutis fleatibus
Præcludis in cunis puer.
4. Fis pauper, indigentia
Et nostra dilectissimus: *
Luges, tuis et lacrymis
Tantum lavas mundi scelus.
5. Pannis operatus vilibus
Lales, recumbens in specu: *
Homo! superbis, et Teum
Panni, pecus non dedecent.
6. A patre missus, perditum
Qui factus es mundi salus, *
Jesu perire non finas,
Quos tot emis laboribus.
7. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum patre cumque spiritu,
In sempiterna secula. amen.

In I. nocturno.antiphona.

1. Deus ex semine David secundum promissio-
nem * eduxit salvatorem Jesum. act. 13.

- 1. Eue Deus noster ille, expectavimus cum; & saluabit nos. ps. 25.
- 2. Eue Deus saluator meus; & fiducia liter agam, et non timebo. ps. 12.
- 3. Ioannes testimonium perhibet de ipso; & qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. jo. 1.
- 4. De plenitudine eius nos omnes accepimus; & gratiam pro gratia. ib.
- 5. Deum nemo vidit unquam; & unigenitus Filius, qui est in sinu patris, ipse reuelavit. ib.
- 6. Notum fecit Dominus salutare suum.
- 7. In conspectu gentium reuelavit iustitiam suam. ps. 94.

Lectioes quatuor de scriptura et feria
currente, cum R. R. ex I. nocturno clari-
uitatis.

si venerit post circumcisionem, sumuntur
R. R. uti post illud festum notantur: quod
et de reliquis noturiis observandum.

In II. nocturno.
antiphona.

- 1. Fidelis sermo, et omni acceptione dignum; & quod Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. 1. Tim. 1.
- 2. Ipse est pax nostra, solvens inimicitias in carne sua; & ut reconciliet. Col. 1. 2.
- 3. Deus Filium suum misit benedictum vobis; & ut convertat se unusquisque a nequitia sua. act. 13.
- 4. Non misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum; & sed ut saluetur mundus per ipsum. jo. 3.
- 5. Quot quot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; & his qui credunt in nomine eius. jo. 1.

G. Videte, qualem charitatem dedit nobis
Pater: & ut filii Dei nominemur et
simus. j. Jo. 8.

V. A Domino factum est istud.

R. Et est mirabile in oculis nostris. Ps. 117.

Lectio V.

Sermo venerabilis Bede presbyteri.
in Luc. c. 2.

Evangelista patrem saluatoris appellat Joseph,
non quod vere iuxta phariseos pater fue-
rit eius, sed quod ad famam Mariae conseruan-
dam pater sit ab omnibus estimatus. Neque
enim oblitus evangelista, quod eam de spiritu
sancto concepisse et virginem peperisse narra-
rit; sed opinionem vulgi exprimens, quod vera
historia lex est, patrem Joseph nuncupat Chri-
sti. Quamvis et eo modo pater illius valeat
dici, quo et vir Mariae recte intelligitur sine
commixtione carnis, et ipsa copulatione con-
jugii, multo videlicet coniunctius, quam
si epe aliu inde adoptatus. Neque enim prop-
terea non erat appellendus Joseph pater
Christi, quia eum non genuerat, quando qui-
dam recte pater epe etiam eius, quem non
ex sua conjugate procreatum alicubi adoptat.

R. Erat pater Jesu et mater mirantes super
his, quae dicebantur de illo: & et benedixit illis
Simeon. V. Mirati sunt in illo, et honora-
verunt deum. & et. Luc. 2. Euli. ij.

Lectio VI.

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectio-
nem multorum in Israel, et in signum,
cui contradicitur. Bene in resurrectionem,
quia lumen est, quia gloria plebi Israel,
quia dicit: ego sum resurrectio et vita. Quo-
modo autem in ruinam, nisi quia et lapis
offensionis est, et petra scandali, id est ruinae,
his qui offendunt verbum, nec credunt.

equibus ipse dicit: si non uenissem, et lo-
 utus eis fuisset, peccatum non haberent;
 uinc autem excusationem non habeant
 a peccato suo. Cui non in se ipso tantum sed
 in suis quoque predicantibus in ruina
 positus est et resurrectionem multorum,
 est ante apostolo, qui ait: Christi bonus odor
 sumus deo in his, qui saluificant, et in his,
 in pereunt.

¶. Ecce positus est in ruina, et in re-
 surrectionem multorum in israel: et in
 lignum cui contradicitur. V. Sicut scriptum
 est: ecce pono in sion lapidem offensionis, et
 rethram scandali. et in. Luc. 2. Rom. 9.

Lectio VII.

Qui enim uerbum, quod audit, a mandato se-
 quitur, bono odore refurgit, et saluatur. Qui
 audiendo insequitur, eodem ipso bono odore cor-
 uit et moritur. Signum autem, cui contra-
 dicitur, fidem dominice crucis accipe, de quo apo-
 stolo paulo dicunt iudei: nam de secula hoc no-
 um est nobis, quod ubique ei contradicitur.
 Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
 nertum erat quondam, qui iudeorum gra-
 iam christi, quam uenturam ubique uide-
 ant, recipere, qui autem respuere malent.
 A eius natalitate audita, reuelatis mox
 edium cogitationibus, Herodes rex habitus
 et omnis ierosolyma cum illo. Pastores
 in timore et gaudio dei laudem resonant,
 omniibus pacis nuntium pandunt.

¶. Vobis honor credentibus: et non creden-
 tibus autem lapis offensionis et petra scan-
 dali. V. Omnis qui credit in eum, non con-
 undetur. et non cred. i. Petr. 2. Rom. 9.

Lectio VIII.

ius doctrina et uirtute diffamata alii ad
 um quasi magistrum ueritatis confluent,
 li ab eo quasi seductore refugiunt. Eius

Signo crucis erecto, hi quasi iuste morti dari
blasphemantes irident, illi quasi vite aucto-
rem mori acriter dolent. Sed et usque hodie
et usque ad consummationem seculi, pro-
sentis ecclesie animam gladius durissimo
tribulationis pertransire non cessat, cum
signo fidei ab improbis contradici, cum
audito Dei verbo multos cum Christo resur-
gere, sed plures a credulitate vere gene-
bunda pertrahat; cum revelatis multorum
cordium cogitationibus, ubi optimum
Evangelii sevit semen, ibi Zizania vitiorum
vel plus iusto prevalere, vel etiam, quod
dicitur grave est, sola germinare ac regnare
conspicit.

R. Dominum sanctificate: et erit
vobis in sanctificationem; in lapidem autem
offensionis habitantibus Jerusalem. V.
Israel in legem iustitie non pervenit;
offenderunt enim in lapidem offensionis.
† erit. V. gloria. † erit. Ps. 8. Rom. 9.

In III. nocturno.

Ant. Domine dabis pacem nobis: et om-
nia enim opera nostra operatus es nobis.
Ps. 26.

Cantica, ut in festo Natalivitatis.

V. Viderunt omnes fines terre.

R. Salutare Dei nostri. Ps. 97.

Leitio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 7.

An ignoratis fratres, scientibus enim legem
loquor, quia lex in homine dominatur, quanto
tempore vivit: Nam quo sub viro est mulier,
vivente viro alligata est legi: si autem mor-
tuus fuerit vir eius, soluta est a lege iuri.
igitur vivente viro vocabitur adultera, si

uerit cum alio viro: si autem mortuus
 fuerit vir eius, soluta est a lege viri, ~~igitur~~
 et non sit adultera, si fuerit cum alio viro.
 Itaque, fratres mei, et vos mortificationis
 legi per corpus Christi; ut filii alterius, qui
 ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo.
 cum enim essemus in carne, passionibus pec-
 catorum, quae per legem erant, operabantur
 in membris nostris, ut fructificarent morti.
 Nunc autem soluti sumus a lege mortis,
 in qua detinebamur; ita ut seruiamus in
 nouitate spiritus, et non in vetustate litterae.
 R. R. ex III. et octuano et aliorum; post
 Circumcisionem vero, nihil notatur.

Lectio X.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit.
 sed peccatum non cognoui nisi per legem;
 nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex
 diceret: non concupisces. occasione autem
 uepta, peccatum per mandatum operatum
 est in me omnem concupiscentiam: sine
 lege enim peccatum mortuum erat; ego
 autem vivebam sine lege aliquando. Sed
 cum uenisset mandatum, peccatum reuixit;
 ego autem mortuus sum: et inuentum est
 mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc
 spe ad mortem. etiam peccatum occasione
 uepta per mandatum, seduxit me, et per
 illud occidit.

Lectio XI.

Itaque lex quidem sancta, et mandatum
 sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bo-
 num est, mihi factum est mors? absit. Sed
 peccatum, ut appareat peccatum, per bonum
 operatum est mihi mortem, ut fiat supra

modum peccans peccatum per mandatum.
 Scimus enim, quia lex spiritalis est; ego
 autem carnalis sum, venundatus sub peccato.
 Quod enim operor, non intelligo: non enim
 quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi
 malum, illud facio. Si autem quod nolo,
 illud facio, consentio legi, quoniam bona
 est. Nunc autem iam non ego operor illud,
 sed quod habitat in me peccatum.

Lectio XII.

Scio enim, quia non habitat in me, hoc est,
 in carne mea, bonum. Nam velle adjacet
 mihi, perficere autem bonum non invenio.
 Non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed
 quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod
 nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed
 quod habitat in me, peccatum. Invenio igitur
 legem, volenti mihi facere bonum, quoniam
 mihi malum adjacet: condelector
 enim legi Dei secundum interiorem hominem:
 video autem aliam legem in membris meis,
 repugnantem legi mentis meae, et captivantem
 me in lege peccati, quae est in membris meis.
 Infelix ego homo, quis me liberabit de
 corpore mortis huius? gratia Dei per Jesum
 Christum Dominum nostrum. *¶* Sic ego ipse
 mente sentio legi Dei, carne autem legi pec-
 cati.

Sequentia sancti Evangelii

Secundum Lucam .cap. 2.

In illo tempore: Erant Joseph et Maria
 mater Jesu mirantes super his, quae dice-
 bantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et
 dixit ad Mariam matrem eius: ecce positus
 est hic in ruinam et in resurrectionem multo-
 rum in Israel, et in signum, cui contradicetur:

suam ipsius animam pertransiit gla-
 rius, ut reveletur ex multis cordibus cogi-
 tationes. Et erat Anna prophetisa, filia
 Thannuel de tribu Aser: hoc proceperat in
 diebus multis, et vixerat cum viro suo annis
 septem a virginitate sua. Et hoc vidua usque
 ad annos octoginta quatuor: qua non disce-
 rebat de templo, jejuniis et obsecrationibus
 eruiens nocte ad die. Et hoc, ipsa hora super-
 veniens, confitebatur Domino, et loquebatur
 de illo omnibus, qui expectabant redemptio-
 nem Israel. Et ut perfecerat omnia se-
 cundum legem Domini, reversa est in ga-
 lileam in civitatem suam Nazareth. Puer
 autem crescebat et confortabatur plenus
 sapientia, et gratia Dei erat in illo.

Ad Laudes matutinas et horas.

Antiphona de claritate, post octavam
vero de Circumcisione.

Lectio apoc. 1.

Gratia vobis et pax a Jesu Christo, qui est
 princeps regum terre: qui dilexit nos, et
 lavit nos a peccatis nostris.

Ep. br. et hymnus ut in die.

1. Lapidem, quem reprobaverunt edificantes,
 2. Hic factus est in caput anguli. Ps. 117.

3. W. Bened. ant. Eue positus est hic in
 vinam et in resurrectionem multorum
 in Israel: et in signum cui contradicitur. Luc. 2.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus: dirige actus
 nostros in beneplacito tuo, ut in nomine di-
 lecti Filii tui mereamur bonis operibus
 abundare. qui tecum vivit.

4. Deinde fiunt commemorationes, prout in
 die corrente notantur.

Ad Tertiam. Lectio gal. 4.

Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a seruo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad profinitum tempus a Patre.

V. Quid est homo, quod memor es eius?

R. aut filius hominis, quoniam iustificas eum? Ps. 8.

Ad Sextam. Lectio gal. 4.

Cum essemus parvuli subelementis mundi eramus servientes: at ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

V. Dominus dixit ad me:

R. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ps. 2.

Ad Octavam. Lectio gal. 4.

Quoniam estis Filii, misit Deus spiritum filii sui in corda uestra, clamantem: abba pater: itaque jam non est seruus, sed filius: quod si filius, et heres per Deum.

V. Ipse invocabit me: pater meus es tu.

R. Deus meus, et susceptor salutis meae. Ps. 88.

Ad II. Vesperas.

Pro Dominica dicuntur sequentes antiphona, idque in omnibus festis per hanc octavam in Dominica occurrentibus.

antiphona.

i. Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum: et ultero ante luciferum genui te. Ps. 109.

Redemptionem misit Dominus populo suo: & mandavit in eternum testamentum suum. Ps. 110.

3. Exortum est in tenebris lumen rectis: & misericors et miserator et justus. Ps. 111.

4. Excelsus super omnes gentes Dominus: & humilia respicit in caelo et in terra. Ps. 112.

Extra Dominicam antiphona ut in II. vespere etativitatis.

Lectio Ephes. 4.

Jam non sumus parvuli fluctuantes: veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus.

R. br. et Hymnus ex II. Vespere etativ.

V. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus.

R. Et exaltet Deus salutis meae. Ps. 114.

De Magnif. ant. Quia crescebat et confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Luc. 2.

Deinde fiunt commemorationes, quo in die corrente notantur.

1. Si Dominica hoc in II. Vespere concurrat cum festo Circumcisionis, de Dominica nulla fit commemoratio.

2. Si extra Dominicam fiat hoc officium, omnia fiunt de die corrente, praeter antiphonas ad Magnificat et benedictus, item orationem, capitula ac versus ad horas, quo omnia sumuntur ex hac Dominica.

3. Si post festum Circumcisionis occurrat, omnia fiunt, ut supra, sed R. & V. in nocturnis, et antiphona ad horas sumuntur ex vigilia Epiphaniae, prout notatur, si occurrat

in Dominica. ad II. vesperas vero anti-
phono, ut supra.

Die XXIX. Dec.

De octava salutis.

B. lect.

In vit. ut in festo. Hymnus: Verbum,
quod ante secula. ex Dominica.

In I. et nocturno.

ant. Deus ex semine David secundum pro-
missionem * eduxit Salvatorem Jesum.
ant. ps.

V. et volun fecit Dominus salutare suum:
R. In conspectu gentium revelavit iusti-
tiam suam. Ps. 97.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4.

Hoc, fratres, transfiguravi in me et apollo
propter vos, ut in nobis discatis, ne supra
quam scriptum est unus adversus alterum
infletur pro alio. Quis enim se discernit? quid
autem habes, quod non accepisti? Si autem
accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?
Jam saturati estis, iam divites facti estis: sine
nobis regnatis: et utinam regnetis, ut et nos
vobiscum regnemus. 9. Puto enim, quod Deus
nos apostolos novissimos ostendit, tamquam
morti destinatos: quia spectaculum facti
sumus mundo: et angelis et hominibus: nos
stulti propter Christum, vos autem prudentes
in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos
nobiles, nos autem ignobiles. usque in hanc
horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus,
et colaphis cedimus, et instabiles sumus. et
caloramus operantes manibus nostris.

CP. Si etiam infra octavas singulis psalmis
singula antiphona sint iungendo ad vi-
gilias, sumantur ex Dominica infra
octavam ad utrumque nocturnum, pro
his tribus diebus.

Reg. dia posteriora ex I. ev. et activitatis.

Lectio II.

Maledicimur, et benedicimus; persecutionem
patimur, et sustinemus: blasphemamur, et
obsecramus; tamquam purgamenta huius
mundi facti sumus, omnium peripsema usque
adhuc. Non ut confundam vos, hoc scribo, sed
ut filios meos charissimos monco. Nam si
decem millia pedagogorum habeatis in Christo,
sed non multos panes. Nam in Christo Jesu per
Evangelium ego vos genui. 9. Rogo ergo vos,
imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Misi
misi ad vos Timotheum, qui est filius meus cha-
rissimus, et fidelis in Domino, qui vos com-
monestabit vias meas, quae sunt in Christo Jesu,
sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tamquam
non venturus sim ad vos, sic inflati sunt qui-
dam. Veniam autem ad vos cito, si Dominus vo-
uerit; et cognoscam non sermonem eorum, qui
inflati sunt, sed virtutem: non enim in ser-
mone est regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis?
in virga veniam ad vos? an in charitate et
spiritu mansuetudinis?

Si hodie vel sequentibus diebus occurrat
Dominica, ex duabus primis lectionibus pro
I. et II. fiant quatuor, et tertia sen-
suo omittitur.

Lectio III.

Sermo sancti Basilii Episcopi.

De hum. Christi generat.

Deus in terra est, Deus inter homines versatur:
non per ignem, tubam et montem fumantem,
vel per turbinem et nubem et potestatem ani-
mas auditorum legem ferendo per terram,
sed proprio corpore cum hominibus cognatis

pie conversans ac disperens: Deus, inquam,
 in carne non ex intervallo agens, sicut in
 prophetis, sed conjunctam sibi humanitatem
 retinens, per carnem suam nostro cognatam
 ad se traxit humanitatem. Vise itaque my-
 sterium: ob hoc Deus in carnem venit, ut
 in vitam carni mortem interficeret. Nam
 sicut in veneno quidquid est noxium ac letale,
 superat antidotum corpori permixtum atque
 perfusum; item ut in domo, a qua tenebre
 luminis adventu diffugiunt ac pereunt: sic
 mors in natura dominans humana, divi-
 nitatis presentia disparuit. O altitudinem
 benignitatis ~~peracerrime~~ ~~peracerrime~~ hu-
 manitatisque Dei! Et bonitatis quadam
 superabundantia a servitute vindicamur.
 Sed cur Deus homo factus est, rationem exqui-
 rant homines; cum magis eius bonitatem
 admirari deceat, quam divinitatem curio-
 sius indagare. Quidnam tecum agendum
 homo? In sublimi Deum agentem minime
 querebas; ad te vero per carnem descenden-
 tem, et tecum per carnem conversantem
 non recipis?

In II. Nocturno.

ant. Ecce Deus noster iste: expectavimus
 eum: * et salvabit nos. Ps. 25.

Lectio j. Joan. 5.

Scimus, quoniam Filius Dei venit, et
 dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum
 Deum, et simus in vero Filio eius. Hic
 est verus Deus, et vita eterna.

R. Cognoscamus in terra viam tuam:

R. In omnibus gentibus salutare
 tuum. Ps. 66.

Oratio ex Nabulinis.

Ad Laudes matutinas, et horas.Omnia ut in die, preter sequentia.Ad Bened. ant. Factus est nobis Christus Jesus
sapientia a Deo, et justitia: et sanctificatio
et redemptio. i. cor. i.Oratio Sac. Greg.Da quo sumus, Domine, populo tuo invio-
labilem fidei firmitatem: ut qui unige-
nitum tuum in tua tecum gloria sempi-
ternum, in veritate nostri corporis natum
de matre virgine confitentur; et a profen-
sibus liberentur aduersis, et mansuris gaudiis
miserantur. Per eundem.Pro commemoratione octavarum anti-
phono, ut pag.In II. Vesperis.Omnia ut in festo.ad Magnif. ant. Transeamus usque Beth-
lehem, et videamus hoc verbum, quod factum
est: et quod Dominus ostendit nobis. Luc. 2.Oratio ex matutinis.Et sunt commemorationes octavarum p.Die XXX. Dec.De octava natalitatis.3. Lect.ut die precedenti notatur.In I. nocturno.ant. Ecce Deus Salvator meus: et fiducia-
liter agam, et non timebo. Ps. 12.

V. Recordatus est misericordie sue:

R. Et veritatis sue domui Israel. Ps. 97.

Lectio I.De epistola prima beati Pauli
apostoli ad Corinthios. cap. 8.

Omnino auditur inter vos fornicatio, et
 talis fornicatio, qualis nec inter gentes,
 ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.
 Et vos inflati estis, et non magis luctum
 habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui
 hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore,
 presens autem spiritu, iam iudicavi ut
 presens eum, qui sic operatus est, in nomine
 Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis
 et meo spiritu, cum virtute Domini nostri
 Jesu, tradere huiusmodi satano in interi-
 um carnis, ut spiritus saluus sit in die
 Domini nostri Jesu Christi. **g.** Non est bona
 gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum
 fermentum totam massam corrumpit?
 Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova
 conspersio, sicut estis azymi: etenim pascha
 nostrum immolatus est Christus. Itaque
 epulemur non in fermento veteri, neque
 in fermento malitie et nequitie; sed in
 azymis sinceritatis et veritatis.

Epist. tria posteriora ex II. clod. dativitate.

Leviticus II. cap. 5. et 6.

Scripti vobis in epistola: ne commisceamini
 fornicariis, non utique fornicariis huius
 mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis
 servientibus: alioquin debueratis de hoc
 mundo exire. Et nunc autem scripti vobis
 non commisceri: si is, qui frater nominatus,
 est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens,
 aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax; cum
 eius modi nec cibum sumere. Quid enim mihi
 de iis, qui foris sunt, iudicare? et bone de iis,
 qui intus sunt, vos iudicatis? etiam eos, qui
 foris sunt, Deus iudicabit. auferete malum
 ex vobis ipsis. **g.** audeat aliquis vestrum
 habens negotium adversus alterum, iudicari

apud iniquos, et non apud sanctos? an nescitis,
 moniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si
 in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui
 de minimis iudicetis? nescitis, quoniam
 angelos iudicabimus? quanto magis secularia?
 secularia igitur iudicia si habueritis, contem-
 nibiles, qui sunt in ecclesia, illos conficiunt ad
 iudicandum. ad verecundiam vestram dico:
 hi non est inter vos sapiens quisquam, qui pos-
 sit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum
 fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles?
 Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod
 iudicia habetis inter vos. Quare non magis
 iniuriam accipitis? quare non magis fraudem
 patimini? sed vos iniuriam facitis et fraudatis:
 et hoc fratribus.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Ser. 5. in nat. Dom. nov. ed. 1888. de temp. J. V. p. 584.

Quas laudes charitati Dei dicamus, quas gra-
 tias agamus? qui nos ita dilexit, et propter nos
 heret in tempore, per quam facta sunt tempora,
 et multis servis suis in mundo minor esset etate,
 ipso mundo antiquior aeternitate: homo fieret,
 qui hominem fecit, crearetur ex matre, quam
 creavit; portaretur manibus, quas formavit;
 lugeret ubera, quo implevit; in prolepi multa
 sagiret infantia verbum, sine quo multa est
 humana eloquentia. Vide, o homo! quid pro-
 te factus est Deus: doctrinam tanta humili-
 tatis agnosce, etiam in nondum loquente
 colere. Tu quondam in paradiso tam facundus
 fuisti, ut omni animo vivo nomen imponeres:
 propter te autem creator tuus infans jacebas,
 et nomine suo nec matrem vocabat. Tu in

Calipimo fructuosorum nemorum pradio
te perdidisti, obedientiam negligendo: ille obe-
diens in angustissimum diversorium mortalis
venit, ut mortuum quæreretur moriendo.

Tu, cum eses homo, Deus esse voluisti, ut
perires: ille, cum eset Deus, homo esse voluit,
ut, quod perierat, inveniret. Tantum te
prepsit humana superbia, ut te non posset
nisi humilitas sublevare divina.

In II. nocturno.

ant. Joannes testimonium perhibet de
ipso: * qui post me venturus est, ante me
factus est, quia prior me erat. Jo. i.

Lectio et v. ut die precedente.

Oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Ipse est pax nostra, solvens
inimicitias in carne sua: * ut reconciliet
Deo. Ephes. 2.

Oratio.

Thom.

Prosta, quo sumus, Deus noster: ut familia
tua, quo Filii tui Domini nostri Jesu Christi
est natiuitate salvata; eius etiam sit perse-
tua redemptione secura. Vere eundem Dominum.

Deinde fiunt commemorationes octavarum,
antiphona et versus ut pag.

In II. Vesperis.

Ad Magnif. ant. Reversis sunt pastores, glori-
ficantes et laudantes Deum in omnibus, * quo
audierant et viderant. Luc. 2.

Oratio ut supra.

Postea commemoratio octavarum, ut
pag.

Die XXXI. Dec.

De octava Nativitatis.

3. lect.

Inuit. et hymnus, ut die XXIX.

In 1. nocturno.

Ant. Deum nemo vidit unquam: & unigeni-
tus Filius, qui est in sinu Patris, ipse reve-
larit. Jo. i.

V. Viderunt omnes termini,

R. Salutare Dei nostri. Ps. 97.

Lectio 1.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 6.

An nescitis, quia iniqui regnum Dei non pos-
sident? Nolite errare: neque fornicarii, neque
idolis servientes, neque adulteri, neque molles,
neque masculorum concubitores, neque fures,
neque avari, neque ebriosi, neque maledici,
neque rapaces regnum Dei possident. Et hoc
quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati
estis, sed iustificati estis in nomine Domini
nostri Iesu Christi, et in spiritu Dei nostri. g.
Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.
Omnia mihi licent, sed ego subnullius redigar
potestate. Esca ventri, et venter esis: Deus
autem hunc, et has destruet. corpus autem
non fornicationi, sed Domino, et Dominus
corpori. Deus vero et Dominum suscitavit,
et nos suscitavit per virtutem suam. et esitis,
quoniam corpora vestra membra sunt Chris-
ti? Tollens ergo membra Christi faciam
membra meretricis? absit.

Ps. tria posteriora ex III. noct. Nativitatis.

Lectio II. cap. 6. et 7.

An nescitis, quoniam qui adheret meretrici,
unum corpus efficitur? erunt, inquit,
duo in carne una. qui autem adheret Domi-
no, unus spiritus est. Fugite fornicationem.
Omne peccatum, quodcumque fecerit homo,
extra corpus est: qui autem fornicatur, in
corpus suum peccat. An nescitis, quoniam
membra templum sunt Spiritus sancti, qui
in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis
vestri? Empti enim estis pretio magno,
glorificate et portate Deum in corpore
vestro. 9. De quibus autem scripsistis
mihi: bonum est homini mulierem non
tangere: propter fornicationem autem unus-
quisque suam uxorem habeat, et unaqueque
suum virum habeat. Uxori vir debitum
reddat, similiter et uxor viro. Mulier sui
corporis potestatem non habet, sed vir: simi-
liter autem et vir sui corporis potestatem
non habet, sed mulier. Nolite fraudare invi-
cem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut va-
celis orationi: et iterum revertimini in
virescentem, ne tentet vos satanas propter in-
continentiam vestram. Hoc autem dico secun-
dum indulgentiam, non secundum imperium.

Lectio III.

Sermo sancti Leonis Papae.

Serm. 2. in clat. 7.

Cum misericors omnipotensque Salvator ita
susceptionis humano moderaretur exordia, ut
virtutem inseparabilis a suo homine Veritatis
per velamen nostrae infirmitatis absconderet;
illusa est securi hostis astutia, qui natiuitatem
pueri in salutem generis humani procreati
non acriter sibi, quam omnium nascentium

nitavit obnoxiam. Vidit enim vagientem
 etque lacrymantem, vidit pannis involutum,
 circumcisioni subditum, et legalis sacrificii
 oblatione perfundum. agnovit deinceps
 solita puerilis incrementa, et usque in viri-
 tes annos de naturalibus non dubitavit
 augmentis. Omnem postremo in ipsum
 vim furoris sui effudit, omnia tentamen-
 torum genera percurrit: et sciens, quo hu-
 manam naturam infecisset veneno, nequa-
 quam credidit prima transgressionis exortem,
 quem tot documentis didicisset mortalem.
 Perstitit ergo improbus et avarus exactor
 in eum, qui nihil ipsius habebat, insurgere:
 et dum vitiate originis prejudicium gene-
 rale persequitur, chirographum, quo niteba-
 tur, excedit, ab illo iniquitatis exigens penam,
 in quo nullam reperit culpam. Solvitur itaque
 lethifera passionis male suasa conscriptio, et
 per iniustitiam plus petendi, totius debili-
 summa vacuatur.

In II. octavo.

Ant. Fidelis sermo et omni acceptione
 dignus: * quod Christus venit in hunc mundum,
 servatores salvos facere. i. Tim. i.

Letitio cl. v. ult. die XXIX.

Oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Deus Filium suum misit be-
 nedicentem vobis: * ut convertat se unusquisque
 a nequitia sua. act. s.

Oratio sac. Leon.

Deus, qui humanum genus a suo principe
 lethaliter saucialum, Christi tui natiuitate
 saluare dignaris: prosta quosumus, ut non
 hercamus in perditionis auctore, sed ad

Redemptoris nostri consortia transeamus.

Per eundem.

Postea fiunt commemorationes de octavis,
antiphona et versus ut pag.

Ad vesperas.

Solemne

Antiphona, ut infra ad Matutinas.

Leitio Rom. 8.

Quod impossibile erat legi, in quo infirma-
batur per carnem, Deus Filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati, et de peccato
damnavit peccatum in carne: ut iustifica-
tio legis impleretur in nobis, qui non
secundum carnem, sed ambulamus, sed
secundum spiritum.

R. br. Misit verbum suum: * et sanavit
eos: Rep.

V. Et eripuit eos de interitionibus eorum.

* et sanavit. V. Gloria. Rep. Ps. 106.

Hymnus Sen.

1. Debilis cepit elementa legis:
Sed diu mentes timor occupavit: *
Foedus aeterni stabilire Jesus
Cepit amoris.

2. Sole de vero radius, paterni
Luminis purus sine nube splendor: *
Probra peccati puer eae hinc
Sanguine profert.

3. Stillat excisos pueri per artus
Efficax noxas aboleret sanguis: *
Oligat morti pretiosa totum
Stillat cruorem.

4. Hoc dies nomen tibi comparavit,
Obuer! pronus quod adoret orbis: *

Tu simul dici, simul ipse Iesus
Incipis esse.

Ps. Summa laus Patri, simul equa clauso,
Qui suo mundum redimit cruore: &
Pater filii amborum tibi laus per omne
Spiritus eorum. amen.

V. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus:

R. Et exaltetur Deus salutis meae. Ps. 117.

De Magnif. ant. Propter nimiam charitatem
huanam, qua dilexit nos Deus, convivificavit
nos in Christo, & cuius gratia estis salvati,
non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ephes. 2.

Oratio Laur. Greg.

Deus, qui salutis eterno, beata Maria vir-
ginitate fecunda, humano generi premia
prostitisti: tribue quoque sumus; ut ipsam pro
nobis intercedere sentiamus, per quam me-
ruimus auctorem vite suscipere Dominum
nostrum Iesum Christum Filium tuum;
qui tecum.

Et nulla alia filii commemoratio.

Die I. Januarii.

Circumcisio I. et. G. C.

Solemnitas II. clavis.

12. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

Inuit. Filium Dei factum ex muliere,
factum sub lege: & venite adoremus. Gal. 4.

Hymnus. Sen.

V. Noxium Christus simul introivit
Innocens orbem: Pater, inquit, adsum: &
Vindictas proscat, venio paratus,
Ultio poenas.

2. Non placet fusus cruor hostiarum:
 Quod mihi optasti, Pater, esse corpus: &
 Agnus implebo moriens figuras
 Veras manes.

3. Dixit: et Patris veneratus iram,
 Sustulit vulnus filicis crucento: &
 Et iugum legis subit, ipse, servis
 Ut iuga demat.

4. Jam nihil carnem spoliare prodest,
 Sed malae cordis refecare fibras,
 Hoc opus: & tali nova sanciantur
 Foedera lege.

5. Summa laus Patri simul aequa nato,
 Qui suo mundum redimit cruore: &
 Pars sit amlicorum tibi laus per omne
 Spiritus eorum: amen.

In I. claustrano.

Antiphona et psalmi nocturnorum ut
 in die claustralibus.

V. Protector noster aspice Deus:

R. Et respice in faciem Christi tui. Ps. 80.

Lectio I.

De libro Genesis. cap. 17.

Dixit Deus ad abraham: Et tu ergo custodies
 pactum meum, et semen tuum post te in gene-
 rationibus suis. Hoc est pactum meum, quod
 observabis inter me et vos, et semen tuum
 post te: circumcidebitur ex vobis omne masculi-
 num, et circumcidebitis carnem preputii vestri,
 ut sit in signum foederis inter me et vos. In-
 fans octo dierum circumcidebitur in vobis,
 omne masculinum in generationibus vestris:
 tam vernaculus quam emptivus circumci-
 detur, et quicumque non fuerit de stirpe vestra:
 eritque pactum meum in carne vestra in
 foedus aeternum.

Si autem hoc festum venerit in Do-
 minica, aut feria II. Psalmi noctu-
 rorum et ad Matutinum dicuntur
 De Deo cursante.

R. Hoc est pactum meum, quod observabitis
inter me et vos: & circumcidetur vobis omne
masculinum. V. Deus glorio apparuit patri
nostro abraham, et dedit illi testamentum cir-
cumcisionis. & circumcid. gen. 17. act. 7.

Lectio II.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. 2.

Circumcisio prodest, si legem observes: si autem
provaricator legis sis, circumcisio tua propu-
tium facta est. Si igitur proputium iustitias
legis custodias, nonne proputium illius in cir-
cumcisionem reputabitur? Et iudicabitur, quod
ex natura est, proputium legem consummans,
de, qui per litteram et circumcisionem provari-
cator legis es? Non enim qui in manifesto, su-
deus est: neque qui in manifesto in carne, est
circumcisio: sed qui in abscondito, iudeus est, et
circumcisio cordis in spiritu, non littera;
cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

R. Abraham magnus pater multitudinis
gentium: fuit in testamento cum Deo, & in carne
eius stare fecit testamentum. V. Signum ace-
pit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei.
* in carne. Gal. 44. Rom. 4.

Lectio III. cap. 8.

Nihil nunc damnationis est vobis, qui suatis in
Christo Iesu, qui non secundum carnem ambu-
lant: lex enim spiritus vite in Christo Iesu
liberavit me a lege peccati et mortis. Non
quod impossibile erat legi, in quo infirma-
batur per peccatum, Deus Filium suum mit-
tens in similitudinem carnis peccati, et de
peccato damnavit peccatum in carne, ut
iustificatio legis impleretur in nobis, qui
non secundum carnem ambulamus, sed

Secundum spiritum. Qui enim secundum
carnem sunt, quo carnis sunt sapienter: qui
vero secundum spiritum sunt, quo sunt
spiritus sentiunt.

R. Memor fuit Dominus verbi quod dispo-
suit ad abraham, & statuit illud Jacob
in proceptum, et Israel in testamentum
aeternum. V. Tico, Christum Jesum ministrum
fuisse circumcisionis propter veritatem
Dei ad confirmandas promissiones patrum.
F. statuit. Gal. 3. 14. Rom. 15.

Lectio IV.

Prudentia carnis mors est, prudentia autem
spiritus vita et pax. Quoniam sapientia
carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est
subiecta; nec enim potest, qui autem in carne
sunt, Deo placere non possunt. Vos autem
in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spi-
ritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum
Christi non habet, hui non est eius. Si autem
Christus in vobis est, corpus quidem mortuum
est propter peccatum; spiritus vero vivit, prop-
ter justificationem. Quod si spiritus eius, qui
suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis,
vivificabit et mortalia corpora vestra, propter
inhabitantes spiritum eius in vobis.

R. Novus homo renovatur in agnitionem,
secundum imaginem eius, qui creavit illum: &
ubi non est gentilis et Judaeus, circumcisio
et prophanum: sed omnia, et in omnibus
Christus. V. Tuo prima fuerunt, caec vene-
runt: nova quoque ego annuntio. & ubi.
V. Gloria. F. omnia. Colos. 3. 10. 12.

In II. Nocturno.

V. Apud Dominum misericordia,
R. Et copiosa apud eum redemptio. Ps. 129.

Lectio V.

Sermo sancti Cyrilli alexandriini.
homil. in occas. Dom. interdivers.

Vidimus nuper infantulum in presepijacen-
tem Emmanuel, et humano more fasciis invec-
tulum, sed a sancto angelorum exercitu divinis
laudibus celebratum: hi namque pastoribus
et hum eius annuntiarunt. Deus enim et
Pater eximium hunc veluti honorem caelilibus
tribuit, ut primi Christum predicarent. Hae-
tenus autem per ea, quo modo lecta sunt, videa-
mus Mosaicis cedentem legibus; quin potius
eum, qui divina legem maiestate sanxit,
suis ipsum legibus subiectum.

¶ In Christo circumcisi estis circumcisione
non manu facta, ni exspoliatione corporis
carnis: sed ¶ in circumcisione Christi. Et
non adiciet ultra sion! ut pertranscat per
te incircumcisus; redimemini, dicit Dominus.
¶ in circumcisione. Coloss. 2. vs. 52.

Lectio VI.

Quam obrem causam, docturus est sapientis-
simus Paulus dicens: cum essemus parvuli,
sub elementis mundi eramus: at ubi venit
plenitudo temporis, misit Deus Filium suum,
factum ex muliere, factum sub lege, ut eos,
qui sub lege erant, redimeret. Itaque redemit
Christus de maledicto legis eos, qui sub lege erant,
non tamen eos, qui legem servauerant. Redemit
autem quonam modo? Illam adimplens. Item
sic modo, se Deo et Patri in omnibus pro nobis
obedientem exhibens, quo nostro ex adam
provaricationis crimen dilueret. Scriptum
est enim: sicut per inobedientiam unius ho-
minis peccatores constituti sunt multi, ita

et per unius obedientiam iusti constituen-
tur multi.

R. Non quo in manifesto, in carne, est
circumcisio, sed circumcisio cordis in spiri-
tu. & cuius laus non ex hominibus, sed ex
Deo est. *V.* In Christo Jesu neque circum-
cisio aliquid valet, neque prepucium, sed
nova creatura. & cuius. *Rom. 2. Gal. 6.*

Lectio VII.

Subiecit itaque nobiscum legi ierovicem;
atque id prudenti consilio, benignaque accom-
modatione: decebat enim eum implere om-
nem iustitiam. Nam et cum servi formam assump-
sisset, eam ob causam velut in servorum
numero adscriptus ratione humanitatis,
tributorum exactoribus unacum alijs di-
drachma solvit, quamvis natura liber esset,
ac nulli vectigalis, ut filius. Cum ergo illum
videris servare legem, cave offendaris; nec
inter servos liberum collosa, sed divini consilii
altitudinem potius mente repula.

R. Indicas tibi, o homo! quid sit bonum,
et quid Dominus requirat a te: & utique &
facere iudicium et misericordiam, et sollici-
tum ambulare cum Deo tuo. *V.* Circum-
cisio nihil est, et prepucium nihil est, sed
observantia mandatorum Dei. & facere.
Mich. 6. 1. Cor. 7.

Lectio VIII.

Agitur cum octava dies advenisset, quae die
carnis circumcisio ex legis praescripto fieri sole-
bat, nomen accipit, nimirum Jesus, quod
exponitur salus populi. Sic enim Deus et
Pater nominari Filium suum voluit, ex
muliere secundum carnem genitum. Tunc

nim certe factus est salus populi, nec
 eius tantum, sed multorum; quin et
 omnium gentium ac uniuersa terra. Uno
 igitur tempore circumcisus est, et nomen
 accepit.

R. Deus exaltavit illum, et donavit illi
 nomen, quod est super omne nomen, & ubi
 in nomine Iesu omne genua flectatur.

V. Dedit se, ut liberaret populum suum,
 et adquireret sibi nomen aeternum. & in.

V. gloria. & in nomine. Philip. 2. j. Mach. 6.

In III. Nocturno.

Ant. Variet Maria filium, & uocabis no-
 men eius Iesum: & ipse enim saluum faciet
 populum suum a peccatis eorum. Matth. j.

Cantica ut in Natiuitate Domini.

V. In Domino letabitur cor nostrum:

V. Et in nomine sancto eius sperauimus. Ps. 92.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Galatas. cap. 3.

Abraham credidit Deo, & reputatum est illi
 ad iustitiam. Cognoscite ergo, quia qui ex
 fide sunt, ii sunt filii abrahae. Prouidens
 autem scriptura, quia ex fide iustificat
 gentes Deus, pronuntiavit abrahae: quia
 in te benedicentur omnes gentes. Igitur
 qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei
 Abraham. Quicumque enim ex operibus
 legis sunt, sub maledicto sunt. scriptum est
 enim: maledictus omnis, qui non per-
 manserit in omnibus, quae scripta sunt
 in libro legis, ut faciat ea. quoniam

autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit. lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in illis.

R. Circumcidite praeputium cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius: & Dominum Deum timebis, et illi soli servies. *V.* Finis precepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. & Dominum. *Deut. 10. 1. Tim. 1. 1.*

Lectio X.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Lex ergo adversus promissa Dei? absit. Si enim data esset lex, quae posset vivificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem, quae revelanda erat.

R. Mortificate membra, quae sunt super terram, & expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum. *V.* Circumcidimini Domino, et auferite praeputia cordium vestrorum. & expoliantes. *Colos. 3. Jer. 4.*

Lectio XI.

Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus, neque Graecus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina, omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahae estis, secundum promissionem heredes.

R. Nos sumus circumcisio, & qui spiritu servimus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne

fiduciam habentes. *v.* et non qui filii carnis, hi-
 filii dei; sed qui filii sunt promissionis, estiman-
 tur in semine. *x* qui. *Philip. 3. Rom. 9.*

Lectio XII. cap. 5.

Stare, et nolite iterum iugo servitutis contineri.
 Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumci-
 damini, Christus vobis nihil proderit. Iustificor
 autem rursus omni homini circumcidente se,
 quoniam debitor est universae legis faciendo.
 Evacuati estis in Christo, qui in lege iustificamini,
 a gratia excidistis. et vos enim spiritu ex fide spem
 iustitiae expectamus. etiam in Christo Jesu neque
 circumcisio aliquid valet, neque preputium:
 sed fides, quae per charitatem operatur.

R. Omnis lex in uno sermone implebitur. *v.*
 Diliges proximum sicut te ipsum. *v.* Vos in
 libertatem vocati estis fratres, per charitatem
 spiritus servite invicem. *x* Diliges. *v.* gloria. *x*
 Diliges. *Gal. 5.*

Sequentia sancti Evangelii

Secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam consummati sunt
 dies octo, ut circumcideretur Puer, vocabulum est
 nomen eius Jesus. Quod vocabulum est prius quam
 in utero conciperetur.

Oratio ad Matutinas.

Ad laudes matutinas et horas antiphona.

: Christum Jesum propitiis Deus propitiatio-
 nem per fidem, *x* in sanguine ipsius. *Rom. 3.*

: Redemisti nos de maledicto legis, *x* ut in gentibus
 benedictio abraha fieret in Christo Jesu. *Gal. 3.*

: Christus apparuit, ut peccata nostra tolle-
 ret; *x* et peccatum in eo non est. *J. Jo. 1.*

: ad laudes. Ego Dominus Deus tuus, sanctus Israel: *x*

Salvator tuus. Ps. 45.

: Israel salvatus est in Domino salute aeterna: *x*
 non confundemini usque in seculum seculi.

Ps. 45.

Lectio Tit. 2.

Saluator noster Jesus Christus dedit semetipsum
pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate,
et mundaret sibi populum acceptabilem secta-
torem bonorum operum.

R. br. Laudate Dominum, quia bonus Domi-
nus: Rep.

V. Facite nomini eius, quoniam suave.
* quia. v. gloria. Rep. Ps. 134.

Hymnus Sen.

1. Felix dies, quam proprio
Jesus cruore consecrat: *
Felix dies, qua gestit
Opus salutis aggredi.

2. Vix natus, ecce lacteum
Profundit infans sanguinem: *
Libamen est hoc funeris,
Amoris hoc proeludium.

3. Amore se facit reum,
Penasque solvit innocens: *
Sub lege factus Legifer,
A lege nos ut eximat.

4. Quo Christus ictu leditur,
Lex abrogata concidit: *
Et incipit lex sanctior,
Mansura semper charitas.

5. Tu Christe, quod non est tuum;
Nostro recide pectore: *
Inscribe nomen intemis,
Inscribe legem cordibus. Amen.

V. Ipse redimet Israel,

R. Ex omnibus iniquitatibus. Ps. 124.

Ant. Bened. ant. Cum mortui es etis in
Delictis et propulso carnis vestre * convi-
vificavit cum Christo, donans vobis omnia
delicta. Colos. 2.

Imnipotens Deus, cuius Unigenitus hodie
na die corporalem suscepit circumcissionem:
spiritali circumcissione mentes nostras ab
omnibus vitiorum incentivis expurga;
et fac nos perseverare in novitate virtutum.
Per eundem.

Et dicitur ad vigiliis et matutinas.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 10.

Omnis, qui credit in illum, non confundetur:
non enim est distinctio Iudaei et Graeci: nam idem
Dominus omnium, dives in omnes, qui invo-
cant illum. Omnis enim, quicumque invo-
verit nomen Domini, salvus erit.

V. Sperent in te, qui noverunt nomen tuum:

R. quoniam non dereliquisti querentes te

Domine. Ps. 9.

Oratio ad horas, vel ad I. Vesperas.

Ad Sextam. Lectio Ephes. 1.

Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo, in
quo habemus redemptionem per sanguinem
eius, remissionem peccatorum, secundum divitias
gratiae eius, quo superabundavit in nobis.

V. Salvavit eos de manu iudicantium:

R. Et redemit eos de manu inimici. Ps. 105.

Ad Nonam. Lectio Eph. 2.

Eramus natura filii irae sicut et ceteri: Deus
civilem, qui dives est in misericordia, propter
inimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et
cum essemus mortui peccatis, convivificavit
nos in Christo, cuius gratia estis salvati.

R. Salvavit eos propter nomen suum,

R. ut notam faceret potentiam suam. Ps. 105.

Ad II. Vesperas.

Antiphona vel ad horas.

Lectio. Tit. 2.

Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria, sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo.

R. Or. et hymnus, ut in II. Vesperis et Matutinis.

V. Non discedimus a te, vivificabis nos;

R. Et nomen Domini invocabimus. Ps. 79.

Ad Magnif. ant. Cognovit Dominus, qui sunt eius: et discedat ab iniquitate, omnis qui nominal nomen Domini. 2. Tim. 2.

Oratio

Th.

Omnipotens sempiternus Deus, qui in unigenito tuo novam creaturam nos tibi opere fecisti: custodi opera misericordie tue, et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda; ut per auxilium gratie tue in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum vivit.

Deinde fit commemoratio S. Stephani.

Ant. Elegerunt Stephanum virum plenum fide, et Spiritu sancto: et hunc statuerunt ante conspectum apostolorum, et orantes imposuerunt ei manus. Act. 6.

V. Beatus, quem elegisti et assumpsisti:

R. Inhabitabit in atriis tuis. Ps. 69.

Oratio Saa. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus, qui primitias Martyrum in beati Levite Stephani sanguine dedicasti: tribue quo sumus; ut pro nobis intercesor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Dominica

Post Circumcisionem.

Si hoc Dominica incidat in diem II. Januarii,
non fit de ea commemoratio in II. Vesperis
Circumcisionis. Si vero in diem III. vel IV.
habet primas vespertas ritu duplici, et fit
commemoratio octavarum occurrentium.

In his tribus diebus in officio de Dominica
antiphona dicitur ex festo Circumcisionis
ad horas et vespertas, ad vigiliam vero, ut in do-
minica infra octavam clauitatis notatur;
unde etiam totum officium petitur, proter
responsoriam prolixam, quae dicitur ut mox
notabuntur; hymni autem desumuntur ex
die V. Januarii. Lektionen I. clauitatis qua-
tuor de die currente cum suis R. S.

Si autem incidat in vigiliam Epiphaniae, of-
ficium fiet, ut dicitur infra in eadem vigilia.

Die II. Januarii.

Octava S. Stephani Martyris.
Duplex D. lect.

Ad Vigiliam nocturnas.

In vit. et hymnus, et antiphona claudu-
rorum ut in festo. V. ut ibidem in I. clauit.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 7.

Volo omnes vos esse sicut me ipsum: sed unus-
quisque proprium donum habet ex Deo, alius
quidem sic, alius vero sic. Dico autem non
nuptis et viduis: bonum est illis, si sic per-
maneant, sicut et ego. quod si non se conti-
neant, nubant; melius est enim nubere, quam
viri. His autem, qui matrimonio iuncti
sunt, precipio non ego, sed Dominus, uxorem
a viro non discedere: quod si discesserit, manere

innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. *g.* Nam ceteris ego dico, non Dominus: si quis frater uxorem habet infidelem, et hoc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hoc consentit habitare cum illo, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidellem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidellem: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Ps. i. Ego constitutus sum rex a Deo super Sion montem sanctum eius, predicans preceptum eius: *x* Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. *v.* Cui Deus dixit aliquando angelorum: ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? *x* Dominus. *Ps. 2. Hebr. i.*

Pro Dominica Ps. 2. Minuisti eum paulo minus ab angelis; *x* gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. *v.* Eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem gloria et honore coronatum. *x* gloria. *Ps. 8. Hebr. 2.*

Leviticus II.

Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocavit nos Deus. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies? et si unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, et sicut in omnibus ecclesiis doceo? *g.* Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat propulium. In propulio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

circumcisio nihil est, et propulium nihil est:
 sed observatio mandatorum Dei. unusquisque
 in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.
 servus vocatus es: non sis tibi curus: sed et si po-
 tes fieri liber, magis utere. Qui enim in Do-
 mino vocatus est, servus, libertus est Domini:
 similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.
 Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.
 unusquisque in quo vocatus est, frater,
 in hoc permaneat apud Deum.

R. Tu es Domine, qui ex travisti me de ventre;
 pes mea ab uberibus matris meae: & narrabo
 nomen tuum fratribus meis. *V.* Qui sancti-
 ficat, et qui sanctificantur, ex uno omnes:
 propter quam causam non confunditur fra-
 tres eos vocare dicens: & narrabo. *Ps. 21. Hebr. 2.*

Pro Dominica Ps. 4. Sit nomen Domini bene-
 dictum in secula: & ante solem permanet no-
 men eius; et *F* benedicentur in ipso omnes tri-
 bus terre. *V.* Ipse est imago Dei invisibilis,
 primogenitus omnis creaturae. & ante. *V.*
 Gloria. *F* benedicentur. *Ps. 47. Colof. 1.*

Et sequens lectio omittitur.

Lectio III.

Sermo sancti Fulgentii episcopi.
Serm. 5. De S. Steph.

Esceparium nobis est, fratres charissimi!
 agnoscere, quibus armis precinctus Stephanus
 levitiam Judaeorum potuit superare, subita
 meruisse feliciter triumphare. Invidiam meo
 enituit insignis virtutis, quo nec fremen-
 tium levitiam formidavit, nec lapidanum
 ictibus devicta succubuit. usque adeo enim
 inter frementes permansit interritus,
 et inter lapidum fuit cruciamenta securus,
 et incredulitatem Judaeorum fidenter argueret,

Et benignus pro lapidantibus exoraret. Quod est
ergo tam magnum atque insuperabile genus
armorum? Procul dubio nunquam regio septima
nullatenus est ab adversariis superata; quoniam
rex noster, cum sit acerbissimus, pro nobis humilis
venit, sed inanis venire non potuit. Magnum
quippe donativum suis militibus attulit,
quo eos non solum copiose ditavit, sed etiam ad
certandum invictissime confortavit. attulit
namque donum charitatis, quo perducere
homines ad consilium veritatis. Charitas ergo,
quo de caelo in terras deposuit Christum, ipsa
Stephanum de terra levavit ad caelum. Charitas,
quo procepit in rege, ipsa subsequenter respulit
in milite.

R. Stephanus prostratis genibus clamavit voce
magna dicens: * Domine ne statuas illis hoc
peccatum. R. Ego dico vobis: diligite inimicos
vestros, bene facite his, qui oderunt vos: et
orate pro persecutibus et calumniantibus
vos. * Domine. V. Gloria. * Domine. act. 7. Matth. 5.

In II. nocturno.

Antiphona ut in festo.

Lectio i. Act. 5.

Non sitis reddentes malum pro malo, nec ma-
ledictum pro maledicto, sed e contrario be-
nedicentes: quia in hoc vocati estis, ut bene-
dictionem hereditate percipiatis.

V. Pro eo ut me diligere, et habeant michi:

R. Ego autem orabam. Ps. 108.

oratio ut infra.

Ad laudes matutinas et horas.

Omnia ut in ipso festo, praeter sequentem
oratio.

Oratio Sur. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus, qui primitias
 Martyrum in beati levite Stephani sanguine
 dedicasti: tribue quosumus; ut pro nobis inter-
 cesor existat, qui pro suis etiam persecutoribus
 exoravit Dominum nostrum Iesum Christum
 Filium tuum, qui tecum.

Deinde fiunt commemorationes octavarum
 S. Joannis et S. Innocentium. antiphona et
 versus ut pag.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex laudibus festi, lectio et cetera
 ut in II. vesperis festi cum dicta oratione.

Postea fit commemoratio diei octavo S. Joannis
 ex I. vesperis, oratio ut infra, et S. Innocentium
 ut pag.

Die III. Januarii.

Octava S. Joannis apostoli.

Duplex S. lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus, ut in festo.

In I. nocturno.

Antiphona et V. ut in I. noct. festi.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. 8.

De iis autem, qui idolis sacrificantur scimus,
 quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat,
 charitas vero edificat. Siquis autem se existi-
 mat scire aliquid, nondum cognovit, quemad-
 modum oporteat eum scire. Siquis autem
 diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De eis
 autem, qui idolis immolantur scimus, quia

nihil est idolum in mundo, et quod nullus est
 Deus, nisi unus. *g.* etiam et si sunt, qui dicantur
 dii, sive in coelo sive in terra: si quidem sunt dii
 multi, et domini multi: nobis tamen unus
 Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum, et
 unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia,
 et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia.
 Quidam autem cum conscientia usque nunc
 idoli, quasi idolothytum manducant, et con-
 scientia ipsorum cum sit infirma polluitur.
 Etenim nos non commendat deo. et neque
 enim si manducaverimus, abundavimus;
 neque si non manducaverimus, deficiemus.

R. Timebunt gentes nomen tuum Domine,
 et omnes reges terre gloriam tuam: et quia
 Dominus respexit in orationem humilium,
 et non spernit precem eorum. *V.* Proposuit
 Deus instaurare omnia in Christo, quae in caelis,
 et quae in terra sunt. et quia. *Ep. ioh. Ephes. i.*

Pro II. Adv. Dominico G. P. Oculi mei lan-
 guerunt pro inopia, clamavi ad te Domine
 tota die: et pauper sum ego, et in laboribus a
 juventute mea. *V.* Vulpes foveas habent,
 et volucres caeli nidos, filius autem hominis
 non habet, ubi caput reclinet. et pauper.
Ep. 87. Matth. 8.

Lectio II. ib. et cap. 9.

Videte autem, ne forte haec licentia vestra
 offendiculum fiat infirmis. Si enim quis
 viderit eum, qui habet scientiam, in idolo
 recumbentem, nonne conscientia eius, cum
 sit infirma, edificabitur ad manducandum
 idolothyta? et peribit infirmus in tua scien-
 tia frater, propter quem Christus mortuus
 est! Sic autem peccantes in fratres, et per-
 cutientes conscientiam eorum infirmam,

in Christum peccatis. quapropter si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizem. **g.**
 Non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne epus meum vos estis in Domino? Et si alius non sum apostolus, sed tamen vobis sum: nam lignaculum apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hoc est. Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? Numquid non habemus potestatem mulierem fororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?

R. Postula a me, et ego dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terra. **V.** Sic precepit Dominus: posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terra. **F. dabo. Ps. 2. ult. ps.**

Pro II. Oct. Dominico 8. R. Eue electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum: et iudicium gentibus proferet, et legem eius in sulo expectabunt. **V.** et vobis sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, et ipsi audiant. et iudicium. **V. gloria. et iudicium. Ps. 42. ult. 28.**

Et sequens lectio omittitur.

Lectio III.

Ex tractatu Sancti Augustini Episcopi
 in Joannem. Tract. 36.

In quatuor evangelis, vel potius quatuor libris unius evangelii, sanctus Joannes apostolus non immerito, secundum intelligentiam spiritalem, aquila comparatur, alius multoque sublimius aliis tribus erexit predica-

tionem suam: et in eius creatione etiam corda
 nostra erigi voluit. etiam ceteri tres Euange-
 listae, tamquam cum homine Domino in terra
 ambulantes, de divinitate eius pauca dixerunt.
 Iustum autem quasi pigerit in terra ambulare,
 sicut ipse exordio sui sermonis in tonitruo crevit
 se non solum super terram, et super omnem
 ambitum aeris et caeli, sed super omnem
 exercitum Angelorum, omnemque constitutio-
 nem visibilium potestatum, et pervenit ad
 eum, per quem facta sunt omnia, dicendo:
 In principio erat Verbum, et Verbum erat
 apud Deum, et Deus erat Verbum.

R. Quod vidimus, testamur: et *F.* annuntia-
 mus vobis vitam aeternam, quae erat apud
 Patrem, et apparuit nobis. *V.* Ad praecipitum
 Domini elevabitur aquila; de longe oculi eius
 prospiciunt. *F.* annunt. *A.* gloria.
F. annuntiamus. *J.* Jo. *J.* Job. *S.* g.

In II. nocturno.

Antiphona ut in festo.

Letitio Euli. j.

Sapientiam Dei praecedentem omnia quis in-
 vestigavit? Aeternus creator effudit illam
 super omnia opera sua, et super omnem carnem
 secundum datum suum; et probavit illam
 diligentibus se.

V. Domine veritatem dilexisti:

R. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. *Ps.* 50.

Oratio ut infra.

Ad Laudes et Matutinas et horas.

Omnia ut in die festo.

Oratio sac. gelas.

Prostra, quasumus omnipotens Deus: ut

excellenciam verbi sui, quam beatus Euange-
 lista Joannes aperuit, et convenienter intelligere
 valeamus; et veraciter confiteri: Per eundem
 Dominum.

Unde fit commemoratio S. Innocentium. ut
 supra pag.

Ad II. Vesperas antiphona ex laudibus festi,
 cetera ut in II. Vesperis eius, cum commemo-
 ratione S. Innocentium ex I. Vesperis festi.

Oratio San. Gelas.

Viscera ecclesia tua, Deus, infantum, quos ho-
 die veneramus, exemplo sinceram tenere pie-
 tatem: que prius vitam prostitit sempiternam;
 quam postit nosse profectam. Per Dominum.

Die IV. Januarii.

Octava S. Innocentium.

Duplex 3. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

Inuil. et hymnus ut in festo.

In I. et nocturno.

antiphona et V. ex I. et nocturno festi.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. g.

Quis militat suis stipendiis unquam? quis
 plantat vineam, et de fructu eius non edit?
 quis pascit gregem, et de lacte gregis non man-
 ducat? Numquid secundum hominem hoc dico?
 an et lex hoc non dicit? Scriptum est enim in
 lege Moysi: non alligabis os bovi trituranti.
 Numquid de bobus cura est Deo? an propter
 nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta
 sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare,
 et qui triturat, in spe fructus percipiendi.

Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra melamus? Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi. g. ctesitis, quoniam qui in sacario operantur, quo de sacario sunt, edunt, et qui aetari deserviunt, cum aetari participant! Ita et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi haec, ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. etiam si evangelizavero, non est mihi gloria: necesse est enim mihi incumbit, ut enim mihi est, si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

R. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est. V. Tenebrae transierunt, et verum lumen jam lucet. & habitantibus. ff. g. i. Jo. 2.

Pro III. Oct. Dominico. Jo. R. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: & ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. V. Egredere Domine in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. & ut omnis. Jo. 3. Hab. 3.

Lectio II.

Quo est ergo merces mea? ut Evangelium predicans sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio. etiam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus

cum Judaeis tanquam Judaeus, ut Judaeos
 lucrarem: iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege
 epem, cum ipse non epem sub lege, ut eos,
 qui sub lege erant, lucrifacerem: iis, qui sine
 lege erant, tanquam sine lege epem: cum
 sine lege Dei non epem, sed in lege epem Christi:
 ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Factus
 sum infirmis infirmus, ut infirmos luci-
 facerem. Omnibus omnia factus sum, ut
 omnes facerem salvos. **G.** Omnia autem facio
 propter Evangelium, ut particeps eius efficiar.
 Vescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes qui-
 dem currunt, sed unus accipit bravium? Sic
 currite, ut comprehendatis. Omnis autem, qui
 in agone contendit, ab omnibus se abstinet: illi
 quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos
 autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non
 quasi in incertum: sic pugno, non quasi aere
 verberans, sed castigo corpus meum, et in servi-
 tutem redigo: ne forte cum aliis predicaverim,
 ipse reprobus efficiar.

L. In mundo erat, et mundus per ipsum factus
 est, et mundus eum non cognovit. **X.** in propria
 venit, et sui eum non receperunt. **V.** Cognovit
 eos populum suum, et asinus pro sepe Domini
 sui: Israel autem me non cognovit. **X.** in Jo. i. ff. i.

Ro III. et nocturno Dominico. **jr.** **R.** cum epet
 filius Dei, didicit ex iis, quo passus est, obedientiam:
 et factus est omnibus obtemperantibus
 tibi causa salutis aeternae. **V.** In terris visus est,
 et cum hominibus conversatus est. **X.** et factus:
gloria. **F.** factus est. **Hebr.** **s.** **Baruch.** **s.**

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
 ex lib. s. de symb. ad catech. c. 4.

O magnam donum gratia! quibus eorum meritis
 prestitum est, ut sic vincerent infantes? et cecidum
 loquuntur, et Christum confitentur. et cecidum
 malibus membrorum valent suscipere pugnam,
 et victorie iam offerunt palmam. Quomodo
 regnas Herodes, qui sic vinceris? Parvus ille non
 te armatorum virorum superavit manu, sed
 innumerabili vicil turba morientium parvu-
 lorum. Vis nosse, quid infantibus, quos trucidasti,
 prestitis? fides auclerasti ad eorum vitam, ne
 cum suis parentibus occiderent veram vitam.
 hoc illo per te agente, qui novit bene uti etiam
 malis tuis. Illorum animas liberauit a pa-
 rentum internecionis suo societate, et te solum
 inanem reliquit in scelere. Egit et agit gratia
 causas suas, et per inimicos suos, et per ipsos,
 et in ipsis: nam et ipsi, qui moriebantur,
 natura filii erant, sicut et ceteri. Sed quid eis
 prestiti, gratia, nisi ut erueret eos de potestate
 tenebrarum? Prestiti eis Christus, ut pro Chi-
 sto morerentur: prestiti ut suo sanguine
 ab originali peccato diluerentur. Quasi fuerat
 ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vite.

Et. Convertam luctum eorum in gaudium. x
 Et consolabor eos, et laticabo a dolore
 suo. v. Ego dabo de fonte aqua vite gratis.
 * et. v. gloria. x consolabor. Jer. 31. apoc. 21.

In II. nocturno.

Antiphona ut in festo.

Lectio Jer. 31.

Hoc dicit Dominus: quiescat vox tua a ploratu,
 et oculi tui a lacrymis, quia est merces operi
 tuo, et revertentur de terra inimici: et est
 spes novissimis tuis, ait Dominus: et re-
 vertentur filii ad terminos suos.

2. afferentur in letitia et exultatione:
 3. adducentur in templum regio. Ps. 44.

Oratio ut supra supra.

Ad laudes matutinas et horas.

Omnia vicuntur ut in festo. oratio ut supra ad vesp.

Ad II. Vesperas omnia ut in die, antiphona
 ex laudibus, oratio ut supra. Tunc, si non sit
 sabbatum, fit commemoratio vigiliis, antiph.
 1. et oratio ut infra.

In sabbato autem fit sequenti modo.

Antiphona ex laudibus Circumcisionis ritu duplici.

Lectio Isa. 19.

Cognosceat Dominus ab Aegypto, et cognoscent
 Aegyptii Dominum in die illa, et colent eum
 in hostiis et in muneribus: et vota roborabunt
 Domino, et solvent. Et percutiet Dominus Aegyptum
 plaga, et sanabit eam, et revertentur ad
 ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos.

1. br. Erupies me Domine: & de contradictionibus
 populi. Rep.

2. Constitues me in caput gentium. & de contrad.

3. gloria. Rep. Ps. 17.

Hymnus Paris.

1. Verbum, quod ante secula
 Sinu paterno nasceris: &
 Recens homo sub tempore
 E virginis prodis sinu.
2. Fatale rumpis vinculum,
 Quo nos Adamus nexuit: &
 Reddes, quod ille perdidit:
 Spes illa tecum nascitur.
3. Jam dura discis perpeti,
 Quo ferre par fontes fuit: &
 Cibus saluti fletibus
 Procludis in cunis puer.

4. Tis pauper, indigentia
 Et nos tua dilectimus: *
 Luges, tuis et lacrymis,
 Totum caras mundi scelus.

5. Pannis operatus vilibus
 Lates, recubens in specu: *
 Homo: superbis, et Deum
 Panni, specus non dedecent.

6. A Babe missus, perdit
 Cui factus es mundi salus: *
 Jesu perire non finas,
 Tot quos emis laboribus.

7. Jesu tibi sit gloria sit gloria,
 Cui natus es de Virgine: *
 Cum Patre cumque Spiritu
 In sempiterna secula. amen.

V. Tu Dominus altissimus super omnem terram:

R. et nimis exaltatus es super omnes Deos. Ps. 96.

Ad Magnif. ant. Eue Dominus ascendit super
 nubem levem, et ingredietur egyptum: *
 et commovebuntur simulacra egypti a
 facie eius. Ps. 19.

Oratio Sar. gelas.

Adesto, Domine supplicationibus nostris: ut
 populus tuus, qui te factore conditus, teque
 est reparatus auctore, te etiam jugiter operante
 salvetur. Qui vivis.

Deinde fit commemoratio S. Innocentium ex

II. Vesperis, oratio ut supra.

Die V. Januarii.

Vigilia Epiphania Domini.

Si venerit in Dominica, fit hoc modo:

Dupl. mai. 12. lect.

Ad vigilias nocturnas.

In vit. Filium Dei factum ex muliere, factum
 sub lege: * venite adoremus. Gal. 4.

1. Tac Christe nostri gratia
Defuncte tot laboribus: *
Ut mente grata sic piis
Hos predicari cantibus.
2. Casto parentis in sinu
Inclusus ardebas pati: *
Aeternus ut discas mori,
Mortale corpus induis.
3. Vix natus, imbellis puer,
Aulta sentis frigora: *
En vile pro molle thoro
Fenum tibi supponitur.
4. Amore te facis reum,
Fers sponte poenas innocens: *
Hec eximis te legibus
Supremus ipse legifer.
5. Qui primus excisa cruor
E parte stillat corporis: *
Membris micans ex omnibus
Torrentis instar proruct.
6. Qui mucro lacerantes necat,
Frem tuum pectus fodit: *
Et quo cadebant parvuli,
Hoc tu cadebas vulnere.
7. Exul Deus prompta fuga
Tuo saluti consulis: *
Intrans Pharon verax Deus
Mistus diis mendacibus.
8. Iesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque spiritu
In sempiterna secula. amen.

In I. nocturno.

Antiphona, ut in Dominica infra octavam
Nativitatis in utroque nocturno. pag.

V. Saluos nos fac Domine Deus noster.

R. Et congrega nos de nationibus. Ps. 105.

Lectioes quatuor ex duabus infra, omnia
tertia, cum quatuor R. Ps. ex die II. Januarii.

In II. et octavo.

V. Sperent in te Domine:

R. Qui noverunt nomen tuum. Ps. 9.

Lectio V.

Ex epistola sancti Athanasii ad Epictetum.
Quo pacto viri, qui dicuntur christiani, vel
ambigere ausi sunt, si ne Dominus, qui ex
Maria natus est, substantia et natura sua
Filius Dei; secundum carnem vero ex semine
David et ex carne sancto Mariae ortus? Quinam
vero ea temeritate fuerunt, ut dicerent,
Christum, qui carne passus et crucifixus est,
non esse Dominum et Salvatorem, ac Deum
Filiumque Patris? aut quomodo christiani
volunt nuncupari, qui dicunt, in sanctum
hominem, perinde atque in unum ex prophetis,
venisse Verbum, nec ipsum hominem factum
fuisse ex Maria corpus assumendo; sed aliud
esse Christum, et aliud Dei Verbum, quod
ante Mariam et ante secula Filius erat
Patris? aut qua quæso ratione christiani
fuerint, qui dicunt, alium esse Filium, et
aliud Dei Verbum? Semen Abrahae appre-
hendit, ut ait apostolus, unde debuit, per om-
nia fratribus assimilari, et corpus assumere
nobis simile. Propterea igitur adest vere,
Maria, ut ab ea illud assumat, et tamquam
proprium illud pro nobis offerat.

R. Ps. quatuor ex die III. Januarii.

Lectio VI.

Illud ipsum corpus octavo die circumcisum
est, idem a Simone in ulnas susceptum,

ipsum puer evasit, crevit, duodecimque an-
 norum factum est, et ad trigessimum usque
 pervenit annum. et non enim, ut nonnulli
 suspicati sunt, ipsa verbi substantia mutata,
 circumcisa est, cum sit invariabilis et im-
 mutabilis, sed in corpore circumciso, gestato,
 edente, bibente, laborante, cruci affixo et
 patiente erat impassibile et incorporeum
 Dei verbum. Sed que corporis erant propria,
 sibi ipsi incorporeo existenti propria efficit.
 Nam que humanum verbi corpus patie-
 batur, hoc ipsa verbum, quod corpori con-
 junctum erat, ad se referebat, ut nos verbi
 deitatis participes esse possemus.

Lectio VII.

Hoc illud per quam mirabile fuit, idem
 fuisse patiens et non patiens: patiens qui-
 dem, quatenus proprium ipsius corpus pa-
 tiebatur, et quatenus in ipso patiente erat:
 non patiens autem, quia verbum cum natura
 sua Deus sit, impassibile est. Hoc autem
 non fictione facta sunt, quemadmodum
 nonnulli existimant, absit. Sed salva-
 tore vere homine facto, hinc totius hominis
 salus consecuta est. Verum neque quam ficti-
 tia res est salus nostra, neque solius corporis,
 sed vere totius hominis, anime scilicet et
 corporis, salus in ipso verbo facta est. Hu-
 manum itaque natura erat, quod ex Maria
 prodit, secundum divinas scripturas, ve-
 rumque erat Domini corpus: verum, inquam,
 fuit cum idem atque nostrum existerit.
 Quod vero nonnulli conminiscuntur et di-
 cunt, quemadmodum in singulis prophetas
 verbum advenit, ita quoque in quendam
 hominem Maria filium venire, invidibile est

agitare, cum eorum insania manifestam
sui consultationem proferat.

Lectio VIII.

nam quare, si ita venerit, quolibet sancto-
rum comedente et bibente, laborante et
moriente, non dicitur ipsum verbum come-
dere et bibere, laborare et mori, sed de
solo Maria filio ita dicitur. Quocumque
enim corpus illud passum est, hoc quasi
ipso patiente verbo dicta sunt. Et cum de
aliis omnibus dictum sit dumtaxat, quod
geniti et nati sint, de solo Maria filio di-
ctum est: et verbum caro factum est. Ex
quibus ostenditur, ad reliquos quidem sanctos
verbum factum esse ut prophetarent;
ex Maria autem verbum carne assumpta
produsse, qui natura quidem et substantia
Verbum Dei erat; secundum carnem autem
ex semine David, et ex carne Mariae homo
factus est, ut ait Paulus. Hunc Ariani
abnegarunt; nos vero agnoscentes adoramus,
nec Filium a Verbo dividimus, sed agnosci-
mus ipsum Verbum esse Filium, per quem
facta sunt omnia, et per quem nos redemp-
ti sumus.

In III. Nocturno.

Ant. Auferet Dominus Deus lacrymam
ab omni facie: et opprobrium populi
sui auferet de universa terra. *Ps. 25.*

Cantica ut in claritate Domini.

V. Confitebor tibi in populis Domine:

R. Et psalmum dicam tibi in gentibus. *Ps. 56.*

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 9.

Veritatem dico in Christo, non mentior, testi-
 monium, mihi perhibente conscientia mea in
 spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna
 est, et continuus dolor cordi meo. optabam enim
 ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus
 meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,
 qui sunt Israeliti, quorum adoptio est filio-
 rum, et gloria et testamentum, et legislatio,
 et obsequium et promissa: quorum, et ex quibus
 est Christus secundum carnem, qui est super omnia
 saecula benedictus in saecula. amen. et non autem
 uox exiderit uerbum Dei. et non enim omnes,
 qui ex Israel sunt, et qui sunt Israeliti: neque qui
 semen sunt Abrahae, omnes filii: sed in Isaac
 vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis,
 sed filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, esti-
 man tur in semine. Promissionis enim uerbum
 hoc est: secundum hoc tempus ueniam, et erit
 Sara filius.

R. Annuntiabitur Domino generatio uen-
 tura: et annuntiabunt caeli iustitiam eius
 populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

V. Dominabitur a mari usque ad mare, et a
 lumine usque ad terminos orbis terrarum.
 et. Ps. 21. et 41.

Lectio X.

Non solum autem illa: sed et Rebecca ex
 uno concubitu habens, Isaac patris nostri.
 cum enim nondum nati fuissent, aut ali-
 quid boni egissent aut mali: ut secundum
 electionem propositum Dei maneret: non
 ex operibus, sed ex uocante dictum est ei:
 quia maior seruiet minori, sicut scriptum
 est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.
 Quid ergo dicemus? numquid iniquitas est
 apud Deum? absit. et Noe enim dicit: mise-
 rebor cuius misericordiam

prestabo, cuius miserebor: quod si non volentis,
neque currentis, sed misereatis est Dei. Sic enim
scriptura Pharaoni: quia in hoc
ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtu-
tem meam, et ut annuntietur nomen meum
in universa terra. Ergo cuius vult misere-
tur, et quem vult indurat.

R. Date Domino gloriam familiae populo-
rum, levate sacrificium, venite in conspectu
eius: et adorare Dominum in decore
sancto. *V.* afferite Domino patria gen-
tium, afferite Domino gloriam et honorem.
* et adorare. *j. Bar. 16. Ps. 95.*

Lectio XI.

Dicis itaque mihi: quid adhuc queritur: volun-
tati eius quis resistit? o homo, tu quis es, qui
respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei,
qui se finxit: quid me fecisti sic? an non habet
potestatem figulus lutum ex eadem massa facere
aliud quidem vas in honorem, aliud vero in con-
tumeliam. Quod si Deus volens ostendere iram
et notam facere potentiam suam, sustinuit in-
numera patientia vasa irae, apta in interitum,
ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa miseri-
cordiae, quae preparavit in gloriam. quos et vo-
cavit nos non solum ex Iudeis, sed etiam ex
gentibus, sicut in Osee dicit: vocabitis non plebem
meam plebem meam, et non dilectam dilectam,
et non misericordiam consecutam misericordiam
consecutam: et eritis in loco, ubi dictum est eis,
non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei
vivi.

R. Reminiscantur et convertentur ad Domi-
num universi fines terrae: et adorabunt in
conspectu eius universa familia gentium. *V.*
Convertentur, quia nunc magnificabitur usque
ad terminos terrae. *et adiab. Ps. 21. Mich. 5.*

Isaias autem clamat pro israel: si fuerit numerus filiorum israel tanquam arena maris, reliqua salua fiet. Verbum enim consummans et abbrevians in equitate: quia verbum brevissimum faciet Dominus super terram. Et sicut praedixit Isaias: nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodomam facti essemus, et sicut Gomorraha similes fuisset. Quid ergo dicemus? quod gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam iustitiam autem quae ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiae, ad legem iustitiae non pervenit. Quare? quia non ex fide sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: ecce pono in sion lapidem offensionis et petram scandali: et omnis, qui credit in eum, non confundetur.

¶ Terra Babilon et terra Aethiopi, via maris trans Jordanem, Galilea gentium: * Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. V. Consurgens Joseph accepit puerum et matrem eius, et venit in terram israel; et admonitus in somnis secessit in partes galileae. * Populus. V. Gloria. Populus. ff. g. Matth. 2.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Mattheum. cap. 2.

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Aegypto dicens: Surge et accipe Puerum et matrem eius, et vade in terram israel: defuncti sunt enim qui querebant animam Pueri. qui consurgens accepit Puerum et matrem eius, et venit in terram israel. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudaea proterrore patris sui, timuit illo ire. Et admonitus

in somnis secepit in partes galilee. Et veniens
habitavit in civitate, quo vocabatur cazarath.
ut adimpleretur, quod dictum est per prophetas,
quoniam cazarathus vocabitur.

Oratio ut infra ad laudes.

Si vero vigilia extra dominicam venerit.

Simpl. G. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

In vit. ut supra. hymnus supra ex vesperis.

In I. et nocturno.

Antiphona ex dominica infra octavam
et civitatis pro utroque nocturno.

V. Confitebor tibi in populis Domine:

R. Et psalmum dicam tibi in gentibus. Ps. 56.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 10.

Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres
nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes
mare transierunt; et omnes in Moyse bapti-
zati sunt in nube et in mari: et omnes eandem
escam spiritalem manducaverunt, et omnes
eundem potum spiritalem biberunt: Cibebant
autem de spiritali consequente eos petra,
petra autem erat Christus. Sed non in pluri-
bus eorum beneplacitum est Deo: nam pro-
strati sunt in deserto. 9. Hoc autem in figura
facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes
malorum, sicut et illi concupierunt. et que
idololatrie efficiamini sicut quidam ex ipsis;
quem ad modum scriptum est: sedit populus
manducare et bibere, et surrexerunt ludere.
et que fornicemur sicut quidam ex ipsis forni-
cati sunt, et ceciderunt una die viginti tria

millia. et eque tentemus Christum, sicut quidam
 orum tentaverunt, et a serpentibus perierunt.
 et eque murmuraveritis, sicut quidam eorum
 murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.
 R. Annuntiabitur: ut supra ex III. et oct.

Lectio II.

Hec autem in figura contingebant illis; scrip-
 ta sunt autem ad correptionem nostram, in
 quos fines seculorum devenerunt. Et itaque qui
 se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio
 vos non apprehendat nisi humana: fidelis
 autem Deus est, qui non patitur vos tentari
 supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum
 tentatione proventum, ut possitis sustinere.
 Propter quod charissimi mihi, fugite ab ido-
 lorum cultura: ut prudentibus loquor, vos
 ipsi iudicate, quod dico. G. Calix benedictionis,
 cui benedicimus, nonne communicatio sangui-
 nis Christi est? et panis, quem frangimus,
 nonne participatio corporis Domini est?
 Quoniam unus panis, unum corpus multi-
 sumus, omnes qui de uno pane participamus.
 Videle Israel secundum carnem: nonne qui
 edunt hostias, participes sunt altaris? quid
 ergo? dicitur, quod idolis immolatum sit? aut
 modum idolum sit aliquid? sed quo immolant
 ventres, demoniis immolant, et non Deo.
 Volo autem vos socios fieri demoniarum.
 Non potestis calicem Domini bibere et calicem
 demoniorum: non potestis mensam Domini
 participes esse, et mensam demoniorum.
 R. Dale Domino. supra 10. et.

Lectio III.

Sermo sancti Petri Chrysologi.

Serm. 108.

Sæpe querimus, quare sic mundum
 Christus intrat, ut ventris experiat
 angustias, parvus patiatur injuriam,
 sustineat vincla pannorum, cum abula
 toleret inbecilla, lacrymis uberum nu-
 trimonta disquirat, et ab humi gradus ne-
 cessitatesque perferat. Et qualiter
 venire debuit, qui voluit apportare gra-
 tiam, timorem pellere, quærere charita-
 tem? Natura docet omnes, quid valeat,
 quid mereatur infantia. Infantia quam
 barbariem non vincit, quam non feritatem
 mitigat, quam crudelitatem non com-
 primat? quid non amoris expostulat,
 quid non affectionis extorquet, quam non
 imponit gratiam, quam non impetral
 charitatem? Hoc ita ope sciunt patres,
 matres sentiunt, probant omnes, viscera
 humana testantur. Sic ergo nasci voluit,
 qui amari voluit, non timeri: et tamen
 apud malitiam humanam sic blanda sic
 pia, sic chara audite quid proficit infantia.
 Si Hierosolyma si rex, si scriba, si principes
 sacerdotum ad Christi sic turbantur infan-
 tiam, quid isti facerent, Christus perfectum
 mox in hominem si venisset, si fulgur dicentis,
 et multitudine, si cum suspectis, si cum
 extraneis?

R. Quæ sperant me qui ante non interro-
 gabant, invenerunt, qui non quæsierunt
 me: & ecce ego ad gentem, quæ non invo-
 cabat nomen meum. V. Isaias audet et
 dicit: inventus sum a non quærentibus
 me: palam apparui iis, qui me non in-
 terrogabant. & ecce. V. gloria. & ecce.
 Ps. 68. Rom. 10.

In II. nocturno.

Lectio Job. 11.

Relinquent gentes idola sua, et venient in
Ierusalem; et gaudebunt in ea omnes reges
terre, adorantes regem Israel.

1. Timebunt gentes nomen tuum Domine;

2. Et omnes reges terre gloriam tuam. Ps. 101.

Oratio ut infra ad Laudes.Ad Laudes matutinas et horas. antiphona.

1. Miserebor eius, quae fuit absque misericor-
dia: * et dicam non populo meo, populus
meus es tu. Isa. 2.

2. Magnificabor, et sanctificabor, et notus ero
in oculis multarum gentium: * et sciant,
quia ego Dominus. Isa. 58.

3. Incurvabitur sublimitas hominum et ele-
vabitur Dominus solus in die illa: * et idola
penitus conterentur. Isa. 2.

4. Veniet omnis caro: * ut adoret coram facie
mea, dicit Dominus. Isa. 66.

5. ad laudes. Operuit caelos gloria eius, et laudis
eius plena est terra: * splendor eius, ut lux
erit. Hab. 3.

Lectio apoc. 15.

Quis non timebit te Domine, et magnificabit
nomen tuum? quia solus pius es: quoniam
omnes gentes venient, et adorabunt in con-
spectu tuo.

R. br. Vacate et videte: * quoniam ego sum
Deus. Rep.

1. Exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.
* quoniam. v. gloria. Rep. Ps. 45.

Hymnus Paris.

1. Vivine crescebas puer,
Crescendo discabas mori: *
Haec destinata tunc erant
Mortis tuae praeludia.

2. Salvus Deo, volens legi,
 Elegit obscurum patrem: *
 Qui fecit eternas domos,
 Tomo latebat ~~sub~~ sub paupere.

3. Caelum manus quo sustinent,
 Fabrice contredant opus: *
 Supremus astrorum parens
 Filius ipse vilis artifex.

4. Tremenda cuius propedes
 Mandata portant spiritus: *
 Cui pronus orbis subditur,
 Se fronte fabro subicit.

5. Deus tibi sit gloria,
 Qui natus es de Virgine: *
 Cum Patre cumque Spiritu
 In sempiterna secula. amen.

V. Deus miseratur nostri, et benedicat nobis.

R. Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Ps. 66.

Ad Bened. ant. Illuminare Domine his,
 qui in tenebris, et in umbra mortis sedent, *
 ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. j.

Oratio Sac. Gelar.

Corda nostra, quo sumus Domine, ventura
 festivitatis splendor illustret: quo mundi
 huius tenebris carere valeamus; et per-
 veniamus ad patriam claritatis eterne.

Per Dominum.

Ad Terham. Latio Zach. 2.

Applicabuntur gentes multae ad Dominum
 in die illa, et erunt mihi in populum, et
 habitabo in medio tui: et scies, quia Domi-
 nus exercituum misit me ad te.

V. Benedicentur in ipso omnes tribus terrae:

R. Omnes gentes magnificabunt eum.

Ps. 71.

Ad Sextam. Lectio Leph. 2.

Utenuabit Dominus omnes Deos terre; et adorabunt eum viri de loco suo, omnes in-
sula gentium.

1. Adorabunt eum omnes reges terre.

2. Omnes gentes servient ei. Ps. 71.

Ad Nonam. Lectio Ps. 45.

Convertimini ad me, et salvi eritis omnes
lines terre; quia ego Deus, et non est alius.

1. Reminiscetur et convertentur ad Dominum.

2. Omnes fines terre. Ps. 21.

Ad Vesperas.Solemnitas. antiphona.

1. Ecce ego declinabo super Jerusalem quasi
fluvium pacis; et quasi torrentem inuadan-
tem gloriam gentium. Ps. 66.

2. Circumspice Jerusalem ad orientem; et
vide incunditatem a Deo tibi venientem. Bar. 4.

3. Dilata locum tentorii tui, ad dextram enim
et ad levam penetrabis; et semen tuum
gentes hereditabit. Ps. 54.

4. Videbis et affluens, et mirabitur et dilata-
bitur cor tuum; et quando conversa fuerit
ad te fortitudo gentium. Ps. 60.

Lectio Rom. 15.

Eril radix Jesse, et qui exurgel regere gentes,
in eum gentes sperabunt.

R. br. Benedicentur in ipso et omnes tribus
terre. Rep.

1. Omnes gentes magnificabunt eum. et
omnes. V. Gloria. Rep. Ps. 71.

Hymnus ven. Fortunati.

1. Agnoscat omne seculum,
venisse vite premium; et

Post hostis asperi iugum,
Apparuit Redemptio.

2. Jam sepe radix floruit,
Et virgo fructum edidit: *
Foecunda partum protulit,
Et virgo Mater permanet.

3. Jam nata lux est et salus,
Fugata nox, et victa mors: *
Venite gentes, credite,
Deum et Maria protulit.

4. Jesu tibi sit gloria,
Cui natus es de Virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

V. Reges Tharsis et insula munera offerent:

R. Reges Arabum et Saba dona adducent. Ps. 71.

Ad Magnif. ant. Civitas Dei luce splendida
fulgebis: nationes ex linguis ad te ve-
nient: * et munera deferentes adorabunt
in te Dominum. Job. 35.

Oratio ut ad Laudes.

Die VI. Januarii.

Epiphania D. et J. C.

Solemnitas I. clavis. 12. lect.

Ad Vigiliis et nocturnas.

Invit. Verbum vite, quod apparuit nobis: *
venite adoremus. j. Jo. i.

Hymnus Prudentii.

1. En! Perfici ex orbis finu,
Sol unde sumit ianuam: *
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum et Magi.

- Quis iste tantus, inquit,
 Regnator, astris imperans: *
 Quem sic tremunt caelestia,
 Cui lux et astra feruunt?
5. Tam flos subit Davidicus,
 Radice Jessea editus *
 Sceptraque per virgam virens
 Rerum cacumen occupat.
4. Exim sequuntur perciti
 Fixis in aethum uulsi bus: *
 Quo stella fulcum traxerat,
 Claramque signabat viam.
5. Gaudete, quidquid gentium,
 Judea, Roma, Graecia: *
 Egypte, Thraex, Persa, Scythia,
 Rex unus omnes populos.
6. Jesu tibi sit gloria,
 Qui te revelas gentibus: *
 Cum Patre cumque Spiritu,
 In sempiterna secula. amen.
- In I. et Octavo. antiphona.

1. Erit in novissimis diebus preparatus mons
 domus Domini: * et fluent ad eum omnes gentes. ps. 2.
2. Precipitabit Dominus in monte isto faciem
 vinculi colligati super omnes populos: * et telam,
 quam orditus est super omnes nationes. ps. 25.
3. Auferet Deus Dominus Deus lacrymam ab omni
 facie, * et opprobrium populi sui auferet de
 universa terra. ps. 25.
4. Venient, qui perditifuerint de terra: * et
 adorabunt Dominum in monte sancto in Je-
 rusalem. ps. 27.
5. Noli timere, quia ego tecum sum: * ab oriente
 adducam semen tuum, et ab occidente congre-
 gabo te. ps. 43.

Psalmi Nocturnorum et ad Ma-
 tutinas dicuntur de salterio, ca-
 pite III. ubi et in die octavo.

G. Eue auola veniet, qui non erat mecum: *

advena quondam tuus adpingetur tibi. ff. 511.

V. omnes gentes venient, et adorabunt coram te Domine:

R. Et glorificabunt nomen tuum. Pf. 85.

Lectio I.

De Isaiâ Propheta. cap. 42.

Ece seruus meus, suscipiam eum: electus meus,
complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiri-
tum meum iudicium gentibus proferet. Non
clamabit, neque accipiet personam, nec audivit
vox eius foris. Calamum quasi stratum non con-
teret, et linum fumigans non exstinguet: in
veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque
turbulentus, donec ponat in terra iudicium,
et legem eius in insulo expectabunt. Ego Domi-
nus vocavi te in iustitia, et apprehendi ma-
num tuam, et seruaui te. Et dedi te in foedus
populi, in lucem gentium: ut aperires o-
culos caecorum, et educeres de conclusione vine-
tum, de domo carceris sedentis in tenebris.

R. Parum est, usque mihi seruus ad suscita-
das tribus Jacob: * ecce dedi te in lucem gentium,
ut sis salus mea usque ad extremum terre.

V. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem
tuam. * ecce dedi. Isa. 49. Pf. 2.

Lectio II. cap. 55.

Omnes sitiientes venite ad aquas, et qui non
habetis argentum, properate, emite et come-
dite: venite, emite absque argento, et absque
ulla commutatione vinum et lac. Quare
appenditis argentum non in pauperibus, et
laborem vestrum non in saturitate? audite
audientes me, et comedite bonum, et ~~est~~
delectabitur in crapitudine anima vestra. In-
clinare aurem vestram et venite ad me: audite

Vivet anima vestra, et feriam vobiscum
vatum sempiternum, misericordias David
fideles.

R. Viri sublimes ad te transibunt, et tui-
runt: & te adorabunt, teque deprecabuntur:
tantum in te est Deus, et non est alio, que te Deus.
V. Est re promissio omnibus, qui longe sunt;
quoscumque ad vocaverit Dominus Deus. &
te ador. Is. 40. ult. 2.

Lectio III.

Eue testem populis dedi eis, ducent ac precep-
torem gentibus. Eue gentem, quam nescibas,
vocalis: et gentes, que te non cognoverunt,
ad te current, propter Dominum Deum tuum,
et sanctum Israel, quia glorificavit te.
Verbum meum, quod egredietur de ore meo,
non revertetur ad me vacuum, sed faciet
quocumque volui, et prosperabitur in his,
ad que misi illud. quia in letitia egredie-
mini, et in pace deducemini: montes et
colles cantabunt coram vobis laudem, et
omnia ligna regionis plaudent manum. Pro
solimula ascendet abies, et prourtica crescet
myrtus: et erit Dominus nominatus in
signum eternum, quod non auferetur.

R. Venient populi multi et gentes robuste &
ad quarendum Dominum exercituum in
Jerusalem, et deprecandam faciem Domini.
V. Venient ab oriente, et occidente et aqui-
lone et austro. & ad. Zach. 8. Luc. 15.

Lectio IV. Is. 60.

Purge, illuminare Jerusalem, quia venit
lumen tuum, et gloria Domini super te orta
est. Quia eue tenebro operient ~~terram~~ terram,

Et caligo populos: super te autem orietur
 Dominus, et gloria eius in te videbitur.
 Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et
 reges in splendore orbis tui. Levam circa te
 oculos tuos, et vide: omnes isti congregati
 sunt, venerunt tibi: filii tui de longe
 venient, et filii tui de latere surgent.
 Tunc videbis, et afflues, et mirabitur, et
 delectabitur cor tuum, quando conversa
 fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gen-
 tium venerit tibi. Inundatio camelo-
 rum operiet te, et dromedarum et
 Ephra: omnes de Saba venient, aurum et thus
 deferentes et laudem Domino annuntiantes.

R. Super ipsum continebunt reges summi
 quia quibus non est narratum de eo, viderunt,
 et qui non audierunt, contemplati sunt.
V. an Iudaorum Deus, nonne et gentium?
 immo et gentium. quia. *V.* gloria. quia.
psa. 52. *Ron.* 5.

In II. nocturno. antiphona.

1. Exurge Ierusalem, et sta in excelsis: et
 circumspice ad orientem. *Bar.* 5.
2. Vide collectos filios tuos ab oriente sole
 usque ad occidentem, et in verbo sancti
 gaudentes Dei memoria. *ib.*
3. Congregabuntur omnes gentes in nomine
 Domini in Ierusalem: et non ambula-
 bunt in pravitate cordis sui. *Jer.* 3.
4. Ad te gentes venient ab extremis terris,
 et dicent: et vere mendacium popederunt
 patres nostri. *Jer.* 16.
5. Salvabit eos Dominus Deus eorum in die
 illa, et ut gregem populi sui. *Zach.* 9.
6. Replebitur terra, et cognoscent gloriam Domini: et
 quasi aqua operientur mare. *Hab.* 2.

1. Omnis terra adore te, et psallat tibi:
 2. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Ps. 68.

Lectio V.

Sermo Sancti Leonis Papa.

Serm. 2. De Epiph.

Gaudete in Domino dilectissimi! iterum dico
 gaudete, quoniam brevi intervallo temporis
 post solemnitatem natiuitatis Christi festiui-
 tas Declarationis eius illuxit: et quem in illo die
 virgo peperit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim
 caro factum sic susceptionis nostre temperavit ex-
 ordia, ut natus Jesus et credentibus manifestus,
 et persequentibus sepe occultus. Jam tunc ergo
 caeli enarraverunt gloriam Dei, et in omnem terram
 sonus veritatis exiit, quando et pastoribus exer-
 citus angelorum Salvatoris edicti annuntiator
 apparuit, et Magos ad eum adorandum provia
 stella perduxit: ubi solis ortu usque ad occasum
 veri regis generatio conuisceret, cum iam
 fidem et regna orientis per Magos discerent,
 et Romanum imperium non lateret.

R. Magnum est pietatis sacramentum, et quod
 manifestatum est in carne, predicatum est gen-
 tibus. R. Illuminare Ierusalem, quia venit
 lumen tuum. et quod. 1. Tim. 5. Ps. 68.

Lectio VI.

Nam et Iovita Herodis, volens primordia sus-
 pecti sibi regis extinguere, huic dispersioni
 neficiens seruebat: ut dum atroci intentus
 facinori ignotum sibi puerum indiscreta
 infantium coede persequitur, annuntiatum
 caelitus Dominatoris ortum insignior ubique
 fama loqueretur: quam promptiorem ad
 narrandum diligentioramque faciebat et

Superna significationis novitas, et reverentissimi persecutoris impietas. Tunc autem etiam Aegyptus. Salvator illatus est, ut gens antiquis erroribus detrita iam ad vicinam salutem per occultam gratiam signaretur: et quae nondum eiecerat ab animo superstitionem, iam hospitis reciperet veritatem.

R. In Christo Jesu, vos qui eratis longe, facti estis procul: et ipse enim est pax nostra, et qui fecit utraque unum. *V.* Convertentur, quia nunc magnificabitur Dominus usque ad terminos terra; et erit iste pax. *F.* qui fecit. *Ephes. 2. Mich. 5.*

Lectio VII.

Merito igitur, dilectissimi, dies iste manifestationi Domini consecratus specialem in toto mundo obtinuit dignitatem, quae in cordibus nostris digno debet splendore clarescere, ut rerum gestarum ordinem non solum credendo, sed etiam intelligendo veneremus. Quanta enim gratiarum actionem debeamus Domino pro illuminatione gentium, probat obsecratio Judaeorum. Quid enim tam caecum, tam lucis alienum, quam illi sacerdotes et scribae praedictarum fuerunt? qui per constantibus magis, ab Herode quarente, ubi Christus secundum scripturarum testimonium nasceretur, hoc responderunt de prophetico eloquio, quod indicabat stella de caelo. Quo ubique poterat Magos Hierosolymis praetermissis, usque ad cunabula pueri, sicut postmodum fecit, sua significatione perduere: nisi ad confundendam Judaeorum duritiam pertinisset, ut non solum dubitaveris, sed etiam ipsorum professione innotesceret natiuitas Salvatoris.

¶. Myſterium Chriſti nunc revelatum eſt,
 et les oſce coheredes et comparticipes promiſſio-
 nis Dei in Chriſto Jeſu: * ut innotefcat multi-
 formis ſapientia Dei. V. Populus, quem
 non cognovi, ſervivit mihi; in auditu auris
 credidit mihi. * ut. Eph. 3. Pf. 17.

Lectio VIII.

Tam ergo ad eruditionem gentium propheti-
 cus ſermo tranſibat, et pronuntiatum anti-
 quis oraculis Chriſtum alienigena ora corda
 diſcebant: cum Judaeorum infidelitas veri-
 latem ore proferret, et mendacium corde reti-
 neret. Voluerunt enim agnoſcere oculis, quem
 de ſacris indicabant libris: ut quem non ado-
 rabant in infantis infirmitate humilem,
 poſtea crucifigerent in virtutum ſublimitate
 fulgentem. Quo iſta, Iudei! tam imperita in
 vobis ſcientia eſt, et tam indocta doctrina? In-
 terrogati, ubi Chriſtus naceretur, veraciter
 et memoriter dicitis, quod legiſtis, in Bethlehem
 Iude. Hunc principem natum et paſtoribus
 angeli, et vobis nuntiavere paſtores. Hunc
 principem natum longinquo orientaliū
 ventium nationes inſolito novi ſideris plen-
 ore didicerunt. Et ne de loco editi regis ambi-
 erent, veſtra eruditio providit, quod ſtella non
 occidit. Cur vobis viam, quam aliis aperitis
 obſtruitis? cur in veſtra infidelitate refidet
 ubiū, quod ex veſtra ſil. reſponſione mani-
 feſtum? Locum natiuitatis de ſcripturarum
 ſtimonio demonſtratis, praefentiam temporis
 et caeli et terra atteſtatione cognoviſtis: et
 amen ubi ad perſequendum animus Herodis
 exarſit, ibi ad non credendum veſter ſenſus ob-
 uruit.

¶. Familio populorum afferete Domino

gloriam et imperium, date Domino gloriam no-
mini eius: & levate sacrificium, et venite in con-
spectu eius; et adorale Dominum in decore
Sancto. V. Non est distinctio Iudei et Graeci; nam
idem Dominus omnium, dives in omnes, qui
invocant illum. & levate. V. gloria. F. adorate.
i. Paral. 16. Rom. 10.

In III. Nocturno.

Ant. Laudate Dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi: & quoniam confirmata est
super nos misericordia eius. Ps. 116.

Canticum I. Ps. 26.

Urbs fortitudinis nostrae Sion salvata: &
ponetur in ea murus et antemurale.

Aperite portas, et ingredietur gens iusta, &
custodiens veritatem.

Velut error abivit, servabis pacem; & pacem,
quia in te speravimus.

Sperastis in Domino in seculis eternis: & in Domi-
no Deo forti in perpetuum.

Quia incurvabit habitantes in excelsis: & civi-
tatem sublimem humiliabit.

Humiliabit eam usque ad terram: & detrahet
eam usque ad pulverem.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis, & greges
egenorum.

Canticum II. Ps. 49.

Hec dicit Dominus redemptor Israel sanctus
eius ad contemptibilem animam: & ad
abominabilem gentem, ad seruum dominorum:

Reges videbunt, et consurgent principes: & et
adorabunt propter Dominum, quia fidelis
est; et sanctum Israel, quia elegit te.

Hec dicit Dominus: in tempore placito exaudivi
te; & et in die salutis auxiliatus sum tui.

Et servavi te, et dedi te in fœdus populi: et ut sus-
citarer terram, et possideres hereditates dissipatas:
Et dices his, qui in umbra sunt; exite: et his, qui
in tenebris; revelamini.

Super vias pascentur: et in omnibus planis
pasua eorum.

Non esuriunt, neque sitient, et non percubiet
eos estus et sol: quia miserator eorum
reges eos, et ad fontes aquarum potabit eos.

Et ponam omnes montes meos in viam: et
semite meae exaltabuntur.

Canticum III. ibid.

Eue isti de longe venient, et eue illi ab aquilone
et mari; et isti de terra australi.

Laudate coeli, et exulta terra, jubilate montes
laudem: quia consolatus est Dominus po-
pulum suum, et pauperum suorum miseratus.

Et levabo ad gentes manum meam: et ad
populos exaltabo signum meum.

Et afferent filios tuos in ulnis; et filias tuas
super humerum portabunt.

Et erunt reges nutritii tui, et regine nutrices tuae: et
vultu in terram demisso adorabunt te, et
pulverem pedum tuorum lingent.

Et scies, quia ego Dominus: et super quo non con-
fundentur, qui expectant eum.

Ant. Laudate Dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi: quoniam confirmata est
super nos misericordia eius. Ps. 116.

V. Benedicite gentes Deum nostrum:

R. Et auditam facile vocem laudis eius. Ps. 65.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 2.

Vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris,
in quibus aliquando ambulastis secundum

Seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiae; in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii irae, sicut et ceteri: Deus autem, qui dives est in misericordia, propter miram charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo; cuius gratia estis salvati: et concitavit, et confedere fecit in caelestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in saeculis supervenientibus abundantes divitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Jesu.

R. Salutare tuum parasti Deus ante faciem omnium populorum: * lumen ad revelationem gentium. *V.* Videbunt gentes iustitiam tuam, et cuncti reges inclinantur tui. * lumen. Luc. 2. ff. 62.

Leitio X.

Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini proputium, ab ea, quae dicitur circumcisio in carne manufacta; quia eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.

R. Ultra flumina Aethiopiae inde supplices mei: * filii disperforum meorum deferent munus michi. *V.* Apertis thesauris suis obulerunt Magi Christo munera, aurum, thus, et myrrham. * filii. Isa. 60. Matth. 2.

Lectio XI.

Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando
 eratis longe, facti estis prope in sanguine Chri-
 sti. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque
 unum, et medium parietem, maceris solvens,
 inimicitias in carne sua, legem mandatorum
 decretis evacuans, ut duos condat in semetipso
 in unum novum hominem, faciens pacem,
 et reconciliet ambos in uno corpore Deo per
 crucem, interficiens inimicitias in semetipso.
 Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui
 longe fuistis, et pacem illis, qui prope. Quoniam
 per ipsum habemus accessum ambos in uno
 spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospi-
 tes et advena, sed estis cives sanctorum, et do-
 mestici Dei, super aedificati super fundamentum
 Apostolorum et Prophetarum, ipso summo an-
 gulari lapide Christo Jesu.

Ps. Vocata sunt stella, et dixerunt. adsumus;
 et luxerunt tibi cum jucunditate, qui fecit illas. ✕
 Hic est Deus noster, et non estimabitur alius
 adversus eum. V. Stella, quam viderant Magi
 in oriente, antecedebat eos; usque dum veniens
 staret supra, ubi erat biber. ✕ Hic est. Mat. 2. 2.

Lectio XII. cap. 4.

Obsecro itaque vos ego vinculis in Domino, ut
 digne ambuletis vocatione, qua vocati estis,
 cum omni humilitate et mansuetudine, cum
 patientia, supportantes invicem in charitate,
 solliciti servare unitatem spiritus in vinculo
 pacis. unum corpus et unus spiritus, sicut
 vocati estis in una spe vocationis vestre. Re-
 novare vos secundum pristinam conversatio-
 nem veterem hominem, qui corrumpitur
 secundum desideria erroris. Renovamini
 autem spiritu mentis vestre, et induite no-
 vum hominem, qui secundum Deum creatus

est in iustitia et sanctitate veritatis.

Ps. Benedicimus te Domine Deus Israel;
 fecisti enim nobiscum misericordiam tuam: &
 fac ut cognoscat universitas gentium, &
 quia tu es Deus solus in universa terra.
V. Magna et mirabilia sunt opera tua,
 Deus omnipotens. & fac. *V.* gloria. *R.* quia.
Job. 8. apoc. 15.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Mattheum. cap. 2.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem juda
 in diebus Herodis regis, eue Magi ab oriente
 venerunt in Ierosolimam dicentes: ubi est, qui
 natus est rex Iudeorum? vidimus enim
 stellam eius in oriente, et venimus adorare
 eum. Audiens autem Herodes rex turbatus
 est, et omnis Ierosolyma cum illo. Et con-
 gregans omnes principes sacerdotum et scri-
 bas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus
 nasceretur. At illi dixerunt ei: in Bethlehem
 Iude: sicut enim scriptum est per prophetam:
 Et tu Bethlehem terra juda, nequaquam
 minima es in principibus juda: ex te
 enim exiit dux, qui regat populum meum
 Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis
 diligenter didicit ab eis tempus stelle, quo
 apparuit eis: et mittens illos in Bethlehem
 dixit: ite et interrogate diligenter de puero,
 et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et
 ego veniens adorem eum. Qui cum audissent
 regem abierunt. Et ecce stella, quam viderant
 in oriente, antecedebat eos, usque dum ve-
 niens staret supra, ubi erat Puer. Videntes
 autem stellam gavisissimi sunt gaudio magno
 valde. Et intrantes domum, invenerunt
 Puerum cum Maria matre eius genuflexi
 et prostrantes adoraverunt eum. Et apertis

re farris suis obtulerunt ei munera, aurum,
 musc et Myrrham. Et responso accepto in som-
 nis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam
 reversi sunt in regionem suam.

Ad Laudes Matutinas et horas
antiphone.

1. Benignitas et humanitas apparuit, & Salva-
 toris nostri Dei. Jil. 2.
2. Vita manifestata est, et vidimus vitam eter-
 nam, que erat apud Patrem, & apparuit
 nobis. J. Jo. 1.
3. Voluit Deus notas facere divitias glorie
 sacramenti huius in genitibus, & quod est
 Christus. Colof. 1.
4. Gratia data est a Deo, & ut fiat oblatio gentium
 accepta, et sanctificata in spiritu sancto. Rom. 15.
5. id laud. Laudate Dominum omnes stelle et
 lumen: & Laudate cum reges terre, et omnes
 populi. Ps. 148.

Lectio 2. Tim. 1.

Deus nos liberavit, et vocavit in vocatione sua
 sancta, non secundum opera nostra, sed secun-
 dum propositum suum et gratiam, que data
 est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia:
 manifestata est autem nunc per illuminatio-
 nem Salvatoris nostri Jesu Christi.

R. br. Benedictus qui venit, & in nomine Domini.

V. Deus Dominus et illuxit nobis. Ps. 117.

Hymnus Baris.

1. Huo vos, o miseri: fuda relinquitte,
 Quo ceci colitis, multa que numina: &
 Se vobis aperit splendida civitas
 Veri et verminis hospita.
2. En vestra proeunt primitia Magi:
 Vatum dila patent: & exhibia libus
 Errorum tenebris obstitagens diu
 Aturo lumine frangitur.

3. Ambrosii populi, dissociabilis
 Quos dudum paries separant, unicum
 In corpus coeunt. * Hoc proprium ~~est~~ nodo
 Ambobus maneat decus.

4. Variata Dei consilia! o tuo
 Deturbata gradu, primus amor Dei,
 Plebs Judaea, * tuis gloria gentium
 Tammis, vitaeque nascitur.

5. Jam nativa oleo brachia decidunt,
 Rami degeneres, germen adulterum: *
 Miraturque novos semine non suo
 Arbor crescere furculos.

6. Mos radix oleo sustinet; ach! caue,
 Qui stas, ne sterili deficias fide: *
 Tu ramos veteres infere deus,
 Tu serva deus infidos. amen.

V. Exortum est in tenebris lumen veris,
 R. Misericors, et miserator et iustus. Ps. lxxxiii.

Ad Bened. ant. Qui dixit de tenebris lucem
 splendere, ipse illuxit in cordibus nostris, *
 ad illuminationem scientiae claritatis Dei
 in facie Christi Jesu. 2. cor. 4.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum
 gentibus stella duce revelasti: concede pro-
 pitius; ut qui jam te ex fide cognovimus,
 usque ad contemplandam speciem tuo celsi-
 tudinis perducamur. Per eundem.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi sit gloria,
 Qui te revelas gentibus: *
 Cum Patre cumque Spiritu
 In sempiterna secula. amen.

Ad Tertiam. lectio Rom. 8.

Nunc sine lege iustitia Dei manifestata
 est, testificata a lege et prophetis: iustitia

in Deum per fidem Iesu Christi, in omnes et
super omnes qui credunt in eum; non enim
est distinctio.

3. In conspectu gentium revelavit iustitiam
suam:

4. Recordatus est misericordie sue. Ps. 97.

Ad Sextam. Lectio Rom. 9.

Vocavit nos Deus non solum ex Iudeis, sed etiam
ex gentibus, sicut in Osee dicit: vocabo non
plebem meam, plebem meam; et non dilectam,
dilectam; et non misericordiam consecutam,
misericordiam consecutam.

5. Annuntiaverunt caeli iustitiam eius:

6. Et viderunt omnes populi gloriam eius. Ps. 96.

Ad Nonam. Lectio Rom. 15.

1. Gentes super misericordia honorare
Deum, sicut scriptum est: propterea confite-
bor tibi in gentibus Domine, et nomini tuo
antabo; et iterum dicit: Letamini gentes
in plebe eius.

2. Afferite Domino patriam gentium.

3. Afferite Domino gloriam et honorem. Ps. 95.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad primas.

Lectio col. 1.

Ambuletis digne Deo per omnia placentes,
gratias agentes, Deo Patri, qui dignos nos
fecit in partem sortis sanctorum in lumine:
qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et
transtulit in regnum filii dilectionis sue.

1. In lumine vultus tui ambulabunt,
et in iustitia tua exultabuntur.

2. Et in nomine tuo exultabunt tota die. Ps. 88.

Hymnus Paris.

1. Quo stella sole pulchrior
 Coruscet! & Hoc regis novi
 Revelat orbis, hoc Tei
 Prosignat ad cunas iter.
2. Stat patribus prorsus fides;
 En stella surgit ex Jacob: &
 Arrectus ad spectaculum
 Eous orbis emicat.
3. Dum sidus admonet foris,
 Lux fulget intus clarior: &
 Suadetque vi blanda Magos
 Signi d'alorem querere.
4. Segnes amor nescit moras,
 Labor, pericla, nil moveat: &
 Domum, propinquos, patriam,
 Deo vocante, deserunt.
5. Micante dum nos allucis,
 O Christe, stella gratis: &
 Ne tarda caelesti sinas
 Obstare corda lumini.
6. Teu tibi sit gloria,
 Tu te revelas gentibus: &
 Cum Patre cumque Spiritu,
 In sempiterna secula. amen.
- V. Populi confitebuntur tibi in eternum.
 R. Et in seculum seculi. Ps. 114.

Ad Magnif. ant. Eue testem populis dedi
 cum; & Ducem ac proceptorem gentibus. Ps. 55.

Si hodie sit Sabbatum, fit commemoratio
 Dominico, ut infra: et in sequentibus diebus
 infra octavam, omittuntur duo primo lectio-
 nes de epistola prima, et leguntur alia ex se-
 cunda ad Corinthios, juxta ordinem feriarum,
 prout infra post Dominicam I. ponuntur;
 lectio autem tertia dicitur, ut die pro per

clavam notatur, cum R. R. ad notatis. qd
 tiam in omnibus diebus post Dominicam occu-
 rentibus observandum.

Die VII. Januarii.

Secunda dies infra octavam.

Simpl. S. lect.

Per hanc octavam omnia dicuntur, ut in die,
 proter ea, que infra singulis diebus propria
 ponuntur.

In I. Nocturno.

Ant. Erit in novissimis diebus preparatus
 mons domus Domini: & fluent ad eum
 omnes gentes. Gf. 2.

V. A. R. P. de nocturno festi, cuius est bene-
 dictio; nempe feria 2. et 5. ex primo, feria
 3. et 6. ex secundo, feria 4. et Sabbato ex
 tertio: id quod infra omnes octavas observatur,
 nisi aliter notetur.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. 13.

Si linguis hominum loquar et angelorum,
 charitatem autem non habeam, factus sum
 velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.
 Et si habuero prophetiam, et noverim myste-
 ria omnia et omnem scientiam: et si habuero
 omnem fidem ita ut montes transferam, cha-
 ritatem autem non habuero, nihil sum. Et
 si distribuero in cibos pauperum omnes fa-
 uelates meas, et si tradidero corpus meum
 ita ut ardeam, charitatem autem non habuero,
 nihil mihi prodest. Caritas patiens est,
 benigna est: caritas non emulatur, non
 regit perperam, non inflatur, non est am-
 bitiosa, non querit quo sua sunt, non iri-
 scatur, non cogitat malum, non gaudet

Super iniquitate, congaudet autem veritati.
omnia sufferit, omnia credidit, omnia speravit,
omnia sustinet.

Lectio II.

Charitas nunquam excidit, siue prophetie eva-
cuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scien-
tia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, et ex
parte prophetaimus. Cum autem venerit, quod
perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.
Cum essem parvulus, capiebar ut parvulus,
Sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus:
quando autem factus sum vir, evacuavi quo
erant parvuli. Videmus nunc per speculum in
enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et tunc
cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et
cognitus sum. Et tunc autem manent fides, spes,
charitas, tria haec: maior autem horum est
charitas.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papae.

Serm. cii.

Agnoscamus, dilectissimi! in Magisadoralo-
ribus Christi vocationis nostrae fideique pri-
mitias, et exultantibus animis beatae spei
initia celebremus. Exinde enim in aeternam
hereditatem cepimus introire. Exinde nobis
Christum eloquentia scripturarum arcana
patuerunt, et veritas, quam Iudeorum obce-
catis non recipit, omnibus nationibus lumen
suum iniecit. Honoretur itaque a nobis
sacratissimus dies, in quo salutis nostrae auctor
apparuit, et quem Magi infantem venerati
sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoro-
mus in caelis. Ac sicut illi de thesauris suis mysti-
cas Domino munerum species obtulerunt.
Ita et nos de cordibus nostris quo Deo sunt
digna promamus. Quamvis enim omnium

onorum sit ipse largitor, etiam nostra lamen-
tationum querit industria. et non enim dormien-
tibus prorexit regnum caelorum, sed in mandatis
suis laborantibus atque vigilantibus: ut si dona
illius irrita non fecerimus, per ea, quae dedit,
mereamur accipere, quod promisit.

In II. octavo.

Ant. Precipitabit Dominus in monte ifosa-
ciem vinculi colligati super omnes populos: et
etiam, quam orditus est super omnes natio-
nes. ps. 28.

Lectio j. Petri 2.

Vos genus electum, regale sacerdotium, gens
sancta, populus acquisitionis: ut virtutes an-
nuntiatis eius, qui de tenebris vocavit in admi-
rabile lumen suum. Qui aliquando non pe-
pulus, nunc autem populus Dei: qui non conse-
cuti misericordiam, nunc autem misericordiam
consecuti.

V. Omnes gentes plaudite manibus:

R. Jubilate Deo in voce exultationis. ps. 46.

Oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Carum est, ut sis mihi servus
ad suscitandas tribus Jacob: et ecce dedi te in
lucem gentium. ps. 44.

Oratio sac. Leon.

Da quosumus omnipotens Deus: ut qui nova
in carnati Verbi tui luce perfundimur; hoc
in nostro resplendeat opere, quod fulget in
mente. Per eundem.

Et dicitur ad omnes horas.

Ad Magnif. ant. Hoc propheta locuti sunt
et Moyses: et passibilis Christus lumen annun-
tatum est populo et gentibus. ant. 26.

Die VIII. Januarii.

Tertia dies infra octavam.

Simpl. s. lect.

In I. et nocturno.

Ant. Auferet Dominus Deus lacrymam
ab omni facie, et opprobrium populi
sui auferat de universa terra. Ps. 25.

LECTIO I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Corinthios. cap. 14.

Sequitur charitatem, amulamini spiri-
ritalia: magis autem ut prophete-
tis. qui enim loquitur lingua, non hominibus
loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiri-
tus autem loquitur mysteria. Nam qui
prophetat, hominibus loquitur ad edi-
ficationem, et exhortationem, et conso-
lationem. Qui loquitur linguis, semet-
ipsum edificat: qui autem prophetat,
ecclesiam Dei edificat. Volo autem vos omnes
loqui linguis, magis autem prophetare.
Nam maior est, qui prophetat, quam qui
loquitur linguis: nisi forte interpretetur,
ut ecclesia edificationem accipiat. Nunc
autem fratres, si venero ad vos linguis lo-
quens, quid vobis prodero, nisi vobis lo-
quar aut in revelatione, aut in scientia,
aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen
quo sine anima sunt vox cantus, siue tibia,
siue cithara, nisi distinctionem sonituum de-
derint, quomodo scietur id quod canitur, aut
quod cithari? aut? Venim si incertam vocem
de tuba, quis parabit se ad bellum?

LECTIO II.

Ita et vos per linguam nisi manifestum
sermonem dederitis, quomodo scietur id quod
dicitur? eritis enim in aera loquentes.
Tam multa, ut pulsa, genera linguarum
sunt in hoc mundo, et nihil sine voce est.
Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui lo-
quor, barbarus; et qui loquitur mihi barbarus.

sic et vos, quoniam emulatores estis spirituum,
 in edificationem calcetis querite, ut abundetis.
 Nunc, qui loquitur lingua, ore sed inter-
 ure letur. Nam si ore lingua, spiritus meus
 non, mens autem mea sine fructu est. Quid
 ergo est? orabo spiritu, orabo et mente, psallam
 spiritu, psallam et mente. Ceterum si bene-
 dixeris spiritu, qui supplet locum idiotae, quo-
 modo dicet amen super tuam benedictionem?
 quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene-
 gratias agis, sed alter non edificatur. Gratias
 ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua
 loquor. Sed in calcetia Dei volo quinque verba
 sensu meo loqui, ut et alios instruam: quam
 decem millia verborum in lingua.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 2. de Epiph. al. 50. de temp.

In partum virginis adorandum Magi ab
 oriente venerunt. Illi erant primitiae gentium,
 nos populus gentium. Magnum sacramentum.
 In praesepe dum iacebat, et Magos ab oriente
 invocabat. Abscondebatur in stabulo, et agnosce-
 batur in caelo; simul eius celsitudinem humili-
 tatemque commendans, ut qui in aperto caelo
 lignis fidereis monstrabatur, in angusto diversorio
 praesepe inveniretur; in validis infantilibus
 membris, in involutis infantilibus membris, in vo-
 lutis infantilibus pannis, pannis adoretur a
 Magis, timeretur a malis. Timuit enim cum rex
 Herodes, eisdem sibi Magis annuntiantibus, cum
 adhuc quorerent parvulum, quem cognoverant
 caelo teste iam natum. Quid erit tribunal iudi-
 cantis, quando superbos reges ante terrebant
 infantis? Sic timeant nunc reges ad Patris
 dextram iam sedentem, quem rex ille impius
 timuit adhuc matris ubera lambentem. Ille
 enim rex, ultor impiorum regum et rector piorum,

non ita natus est, ut reges nascantur in seculo; quia et ille natus est, cuius regnum non est de hoc seculo. Nobilitas fuit nascentis in virginitate parientis, et nobilitas parientis in divinitate nascentis. Denique cum tam multi iam nati atque defuncti essent reges Iudaeorum, numquam quemquam eorum adorandum et regi quiesierunt; quia nec quemquam ~~illorum~~ eorum caelo loquente didicerunt.

In II. Nocturno.

Ant. Venient, qui perdidit fuerint de terra: et adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem. ff. 27.

Lectio II. ut die VII. oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Habitantibus in regione umbrae mortis et lux orta est eis. ff. 9.

Oratio Sacr. Greg.

Deus illuminator omnium gentium, da populis tuis perpetua pax gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris; quod trium Magorum mentibus inspirasti. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Eratis vox aliquando tenebro, nunc autem lux in Domino: et ut filii lucis ambulatis. eph. 5.

Die IX. Ianuarii.

Quarta dies infra octavam.

Simpl. 3. lect.

In I. Nocturno.

Ant. Noli timere, quia ego tecum sum: et ab oriente adducam sementium, et ab occidente congregabo te. ff. 43.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 14.

Frater, nolite pueri officii sensibus, sed
 natalitia parvuli estote, sensibus autem per-
 facti estote. In lege scriptum est: quoniam
 in aliis linguis et labiis loquar populo huic:
 et nec sic exaudient me, dicit Dominus. Itaque
 linguis in signum sunt non fidelibus, sed in-
 fidelibus: prophetis autem non infidelibus,
 sed fidelibus. Si ergo conveniat universa
 ecclesia in unum, et omnes linguis loquan-
 tur, intrent autem idiotae et infideles, nonne
 dicent quod insanitis? Si autem omnes prophe-
 tent, intret autem quis infidelis vel idiota,
 convincitur ab omnibus, diiudicatur ab
 omnibus: occulta cordis eius manifesta
 fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum,
 pronuntians, quod vere Deus in vobis sit.
 Quid ergo est frater? cum convenitis, unus-
 quisque vestrum psalmum habet, doctrinam
 habet, apocalypsim habet, linguam habet,
 interpretationem habet: omnia ad adifica-
 tionem fiant. Siue lingua quis loquitur,
 secundum duos, aut vel multum tres, et per
 partes, et unus interpretetur. Si autem non
 fuerit interpretes, taceat in ecclesia, sibi autem
 loquatur et Deo.

Lectio II.

Propheta autem duo aut tres dicent, et ceteri
 diiudicent. quod si alii revelatum fuerit seden-
 ti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos
 prophetare, ut omnes discant, et omnes ex-
 hortentur: et spiritus prophetarum prophetis
 subiecti sunt. Non enim est dispensationis Deus,
 sed pacis: sicut et in omnibus ecclesiarum sancto-
 rum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant,
 non enim permittitur eis loqui, sed subditas
 esse, sicut et lex dicit. Siquid autem volunt
 discere, domi viros suos interrogant, turpe
 est enim mulieri loqui in ecclesia. an a

vobis verbum Dei procepit: aut in vos solos
peruenit? Siquis videtur propheta esse aut
spiritualis, cognoscat, quae scribo vobis,
quia Domini sunt mandata. Siquis autem
ignorat, ignorabitur. Itaque fratres! emu-
lamini prophetare, et loqui linguis nolite
prohibere. omnia autem honeste et se-
cundum ordinem fiat.

Lectio III.

De sermone sancti Augustini Episcopi.

Serm. cit.

Nunc ergo, charissimi, gratia filii et he-
redes! videte vocationem vestram, et ma-
nifestato Iudeis et gentibus Christo tam-
quam angulari lapidi perseverantissima
dilectione coherete. Manifestatur enim
est in ipsis cunabulis infantia sua his
qui prope, et his qui longe erant, Iudeis
in pastorum propinquitate, gentibus
in Magorum longinquitate. Utrosque
filii lapidis ille angularis applicuit: quip-
pe qui venit stulticia mundi eligere, ut
confunderet sapientes, et non vocare iustos,
sed peccatores: ut nullus magnus superbi-
ret, nullus infimus desperaret. Unde
scribo et Pharisei dum nimis docti et
nimis iusti filii videntur, cuius nascentis
civitatem ostenderunt prophetica eloquia
recitantes, hunc reprobarunt et odificantes.
Sed quia factus est in caput anguli, et quod
natus ostendit, pappus implevit: huic nos
inheremus cum alio pariete habente
reliquias Israel, quae per electionem gratiae
salvae factae sunt. Eos enim pastores isti pre-
figurabant de proximo coniungendos, ut et
nos, quorum ex longinquo vocationem
Magorum significabat adventus, iam non pere-
grini et inquilini, sed cives sanctorum et

domestici Dei maneamus, coedificati super
fundamentum apostolorum et prophetarum
ipso summo angulari lapide consistente christo
jesu: qui fecit utraque unum, ut in uno ame-
mus unitatem, et ad colligendos ramos, qui
etiam de oleastro inserti, per superbiam facti
heretici sunt facti, quoniam potens est deus
iterum inferere illos, habeamus infatigabi-
lem charitatem.

In II. nocturno.

Ant. Eue auola veniet, qui non erat mecum: &
advena quondam tuus ad iungetur tibi. ff. 54.

Lectio et v. ut die VII. oratio ut infra.

Ad bened. ant. Venient ad te, et adorabunt
vestigia pedum tuorum, & omnes qui de tra-
hebant tibi. ff. 65.

Oratio Sca. Graec.

Omnipotens sempiternus deus, fidelium
splendor animarum, qui hanc solemnitatem
electionis gentium primitiis consecrasti:
imple mundum gloria tua; et subditis tibi
populis per luminis tui appare claritatem.
Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Omnes gentes adorabunt in
confpectu tuo Domine: & quoniam iudicia tua
manifestata sunt. apoc. 15.

Dies X. Januarii.

Dies quinta infra octavam.

Imp. 15. lect.

In I. nocturno.

Ant. Exurge Ierusalem, et sta in excelsis: &
circumspice ad orientem. ber. 5.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 15.

minam viventem, novissimus etiam in spiri-
tum vivificantem. Sed non prius, quod spiritale
est, sed quod animale; deinde quod spiritale.

Lectio III.

Sermo sancti Petri Chrysologi.

Ann. 160.

Quamvis in ipso dominico incarnationis
sacramento adfuerint clara semper divini-
tatis insignia: Deum tamen venisse in huma-
num corpus multis modis aperit, et revelat
hodierna solemnitas: ne perdat per ignoran-
tiam semper obscuritatibus involuta morta-
litas, quod tantum tenere meruit et possidere
per gratiam. Nam qui nobis nasci voluit,
a nobis noluit ignorari: et ideo sic aperit, ne
magnum pietatis sacramentum magni fie-
ret, erroris occasio. Hodie Magnus, quem ful-
gentem querebat in stellis, in cunis reperit
vagientem. Hodie Magnus clarum miratur in
pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum.
Hodie Magnus quidvis videat, profundo stupore
servoluit, in terra caelum, in coelo terram,
in Deo hominem, in homine Deum, et universo
saeculo non capacem concludi corpore perpusillo.
Unde Magnus, qui scrutari non valet, capere
non potest, mox adorat: videt enim non sic
lucere in coelo stellas, lunam, solem, qualiter
illuxisse carnem contempletur in terris: videt
in uno eodemque corpore divinitatis et huma-
nitatis convenisse commercium. Hic cum
redit Deum, sentit regem, intelligit humani
generis amore moriturum: et parva cogi-
tatione pertrahat, quem ad modum populi
norii Deus, qualiter populi vilitati respiciuntur ovidi.
namque videns credere se, et non discutere,
iustis muneribus confitebitur thure Deum,
viro regem, myrrha esse moriturum.

In II. nocturno.

Ant. Vide collectos filios tuos ab oriente
sole usque ad occidentem: & in uerbo sub
gaudentes Dei memoria. Par. 5.

Lectio et l. ut die VII. oratio ut infra.

Ad bened. ant. Reges arabum et abba
dona adducunt: & adorabunt cum om-
nes reges terrae. Ps. 71.

Oratio Sae. Greg.

Concede nobis omnipotens Deus: ut salu-
tare tuum noua caelorum luce mirabile,
quoad salutem mundi hodierna festiuitate
procepit; nostris semper innovandis cordi-
bus oriatur. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Reges terrae afferent
gloriam suam et honorem: & afferent
gloriam et honorem gentium. apoc. 21.

Die XI. Ianuarii.

Sexta dies infra octavam.

Imple. 15. lect.

In I. nocturno.

Ant. Congregabuntur omnes gentes in
nomine Domini in iherusalem: & non
ambulabunt in prauitate cordis sui. Jer. 3.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 13.

Primus homo de terra terrenus, secundus
homo de caelo caelestis. Igitur sicut portavi-
mus imaginem terreni, portemus et ima-
ginem caelestis. Hoc autem dico, fratres,
quia caro et sanguis regnum Dei possidere
non possunt, neque corruptio incorruptionem

resurget. Ecce mysterium vobis dico: omnes
videm resurgemus, sed non omnes immutabi-
mur. In momento, in ictu oculi, in novissima
uba: canebimus tibi, et mortui resurgent in-
corrupti, et nos immutabimur. Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptionem, et mor-
tale hoc induere immortalitatem. Cum autem
mortale hoc induerit immortalitatem, tunc
fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in
victoria: ubi est mors victoria tua? ubi est mors
stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum
est: virtus vero peccati lex.

Lectio II. cap. 15. tit. 6.

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam
per Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque
fratres mei dilecti, stabiles estote et immo-
biles, abundantes in opere Domini semper,
Scientes, quod labor uester non est inanis in
Domino. De collectis autem, quae fiunt in sanctos,
sicut ordinavi ecclesis galatia, ita et vos facite.
Per unam sabbati unusquisque vestrum apud
se seponat, recondens quod ei bene placuerit:
ut non, cum venero, tunc collectos fiant. Cum
autem profens fuero, quos probaveritis per
epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram
in Ierusalem. quod si dignum fuerit, ut et ego
eam, mecum ibunt.

Lectio III.

Sermo sancti Gregorii Papae.

hom. 10. in euang.

Magi aurum, thus et myrrham deferunt.
Aurum quippe regi congruit; thus vero in
Dei sacrificium ponebatur: myrrha autem
mortuorum corpora condiuntur. Cum ergo

Magi, quem adorant, etiam mysticis mune-
ribus predicant, auro regem, thure Deum,
myrrha mortalem. Nos itaque Domino offe-
ramus aurum, ut hunc ubique regnare fa-
teamur: offeramus thur, ut credamus, quod
is, qui in tempore apparuit, Deus ante tempo-
ra existit: offeramus myrrham, ut eum,
quem credimus in sua divinitate impassibi-
lem, credamus etiam in nostra fuisse carne
mortalem. Quamvis in auro, thure et myrrha
intelligi et aliud potest. auro namque sa-
pientia designatur; thure autem, quod Deo
incenditur, virtus orationis exprimitur:
per myrrham vero carnis nostrae mortificatio
figuratur. orato ergo regi aurum offerimus,
si in conspectu illius, claritate supernae
sapientiae respondemus. Thur offerimus, si
cogitationes carnis per sancta orationum
studia in ara cordis incendimus, ut suave
aliquid Deo per coeleste desiderium redolere
valeamus. Myrrham offerimus, si carnis
vitia per abstinentiam mortificamus.

In II. octavo.

Ant. Ad te gentes venient ab extremis terris,
et dicent: & vere mendacium popederunt
patres nostri. Jer. 16.

Letitio etc. ut die VII. oratio in infra.

ad Bened. ant. Erit in loco, ubi diceburis:
non populus meus vos; & diceburis: filii Dei
viventis. Ose. 1.

Oratio fac. Gelas.

Deus, qui per huius celebritatis mysterium
eternitatis tuae lumen cunctis gentibus
suscitasti: da plebi tuae, Redemptoris sui ple-
num cognoscere fulgorem; ut ad perpetuam
claritatem per eius incrementa perveniat.
Orandum.

Oratio Magnif. Ant. Domine, redemisti nos deo
x omni tribu, et lingua, et populo et natio-
ne: x et fecisti nos deo nostro regnum. apoc. 5.

Die XII. Januarii.

Septima dies infra octavam.

Simpl. S. lect.

In I. nocturno.

Ant. Salvabit eos Dominus deus eorum in
die illa: x ut gregem populi sui. Zach. 9.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 16.

Veniam ad vos, cum Macedonia pertransiero:
nam Macedonia pertransibo, apud vos
autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo,
ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo
enim vos modo in transitu videre; spero enim
me aliquantulum temporis manere apud
vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem
Ephesi usque ad Pentecosten. Optium enim
michi apertum est magnum et evidens, et
adversarii multi. Si autem venerit Timo-
theus, videte, ut sine timore sit apud vos;
opus enim Domini operatur, sicut et ego.
Ne quis ergo illum spernat: deducite autem
illum in pace, ut veniat ad me; exspecto enim
illum cum fratribus. De Apollo autem fratre
vobis notum facio, quoniam multum rogavi
eum, ut veniret ad vos cum fratribus: et
atque non fuit voluntas, ut nunc veniret;
veniet autem, cum ei vacuum fuerit.

Lectio II.

Vigilate, stete in fide, viriliter agite, et
infortamini: omnia vestra in charitate
fiant. Obsecro autem vos fratres, nostis domum

Stephano et Fortunati et Achaici: quoniam
 sunt primitiue achaie, et in ministerium
 sanctorum ordinaverunt se ipsos: ut et vos
 subditi sitis eius modi, et omni cooperanti et
 laboranti. Gaudeo autem in presentia
 Stephano et Fortunati et Achaici: quoniam
 id, quod vobis decerat, suppleverunt; refecerunt enim et meum spiritum et vestrum.
 Cognoscite ergo, qui huius modi sunt. Salubant
 vos ecclesia Asiae. Salubant vos in Domino
 multum aquila et Brisilla cum domestica
 sua ecclesia, apud quos et hospitor. Salu-
 tant vos omnes fratres. Salutate invicem
 in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.
 Si quis non amat Dominum nostrum Iesum
 Christum, sit anathema. Maranatha. Gratia
 Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Chari-
 tas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu,
 amen.

Lectio III.

De sermone sancti Gregorii Papae.

L. C.

Magnam nobis aliquid Magi innuunt,
 quod in regionem suam per aliam viam
 revertuntur. In eo namque, quod admo-
 niti faciunt, nobis profecto insinuant, quid
 faciamus. Regio quippe nostra paradysus
 est, ad quam Iesu cognito redire per viam,
 qua venimus, prohibemur. A regione ele-
 nim nostra superbiendo, inobediendo,
 visibilia sequendo, cibum vetitum gustando
 discepimus: sed ad eam necesse est, ut flendo,
 obediendo, visibilia contemnendo redeamus.
 Per aliam ergo viam ad regionem nostram
 regredimur; quoniam qui a paradysi gaudiis
 per delectamenta discepimus, ad haec per
 lamenta reuocamur. unde necesse est,
 fratres charissimi! ut semper pavidi Iesu-

vergue suspecti ponamus ante oculos cordis
 sine culpas operis, illinc iudicium extrema
 distinctionis. Pensemus, quam districtus iudex
 veniat, qui iudicium minatur et latet: ter-
 rores peccatoribus intentat, et tamen adhuc
 sustinet: et idcirco venire citius differt,
 et minus inveniat, quos condemnet. Quia
 mus fletibus culpas, et cum Psalmista voce,
 pro veniamus faciem eius in conspezione.

In II. Nocturno.

Ant. Replebitur terra, ut cognoscant glo-
 riam Domini: * quasi aque operientes
 mare. Ps. 2.

Letitio et V. ult die VII. oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Cui redempti sunt a Domino,
 revertentur laudantes: * et letitia sempi-
 terna super capita eorum. Ps. 51.

Oratio sac. Greg.

Illumina, quo sumus Domine, populum
 tuum, et splendore glorie tue cor eius semper
 auende: ut Salvatorem tuum et incognanter
 agnoscat; et veraciter apprehendat Dominum
 nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui
 tecum.

Dominica infra octavam.

Duplex maior 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona de Epiphania.

Letitio Ps. 45.

Convertimini ad me et salvi eritis, omnes
 fines terre; quia ego Deus, et non est alius.
 In me enim hijs juravi, egredietur de ore meo
 iustitie verbum, et non revertetur; quia michi
 curvabitur omne genu, et iurabit omnis lingua.

R. br. Benedicentur in ijs * omnes tribus
 terre:

V. Omnes gentes magnificabunt eum. Ps. 71.

Hymnus: En Bersici. ex vigilijs Epiphanijs.

V. Querite Dominum, et confirmamini:

R. Querite faciem eius semper. Ps. 104.

Ad Magnif. ant. Quarebis me, et inuenietis,
cum quosieritis me in toto corde vestro: et
et inueniar a uobis, ait Dominus. Jer. 49.

Oratio san. Greg.

Vota, que sumus Domine supplicantis
populi celesti pietate prosequere: ut et
que agenda sunt, uideant; et adimplenda,
que uiderint, conualescant. Per Dominum.

Et filio memoratio octauo per antiphona-
nam et orationem, que occurrit secundum
ordinem dierum, in utrisque uepperis et
matutinis.

Ad uigilias nocturnas.

In uil. ut in die. Hymnus. Huc uos miseris.
ex matutinis ibidem: antiphona, uersus,
cantica, et Ps. omnium nocturnorum
ut in die Epiphanijs.

Lectioes I. et nocturni leguntur ut infra
Dominica I. post Epiphaniam.

In II. et nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

hom. 2. super Misus.

In (Iesu) agnoscitur longitudo breuis, la-
titudo angusta, altitudo subdita, profundi-
tas plana. Sibi agnoscitur lux non lucens,
uermum infans, et aqua sitiens, panis esu-
riens. Videas, si attendas, potentiam regi,
sapientiam instrui, uirtutem sustentari:
Deum denique laudentem sed angelos re-
ficientem. uagientem, sed miseris conso-
lantem. Videas, si attendas, tristari

letitiam, pavore fiduciam, salutem pati,
vitam mori, fortitudinem infirmari. Sed,
quod minus mirandum est, ipsa ibi cernitur
tristitia letificans, pavor confortans, passio
salvans, mors vivificans, infirmatos roborans.
Virum autem dixerim fuisse Jesum, non solum
iam cum diceretur vir propheta potens in
opere et sermone; sed etiam cum tenera
adhuc infantis membra Dei Mater blando
vel foveret in gremio, vel gestaret in utero.

Lectio VI.

Vir igitur erat Jesus nec dum etiam natus;
sed sapientia, non etate; animi vigore,
non viribus corporis; maturitate sen-
sum, non corpulentia membrorum.
Neque enim minus habuit sapientia, vel
potius non minus fuit sapientia Jesus
conceptus, quam natus, parvus, quam
magnus. Sive ergo latens in utero, sive
vagiens in praesepio, sive iam grandis sculus
interrogans doctores in templo, sive iam
perfecte etatis docens in populo, aequo
perfecto plenus fuit Spiritu sancto. Nec fuit
hora in quacumque etate sua, qua de pleni-
tudine illa, quam in sui conceptione accepit
in utero, vel aliquid minueretur, vel aliquid
eidem adiceretur.

Lectio VII.

Nec te moveat, quod de ipso legis: Jesus au-
tem proficiebat sapientia et etate, et
gratia apud Deum et homines. etiam quod
de sapientia et gratia hic dictum est, non
secundum quod erat, sed secundum quod ap-
parebat, intelligendum est: non quia
videlicet aliquid ei novum accederet, quod
ante non haberet; sed quod accedere videretur,

quando volebat ipse, ut videretur. Tu homo,
cum proficis, non quando, nec quantum vis,
proficis: sed te nesciente tuus moderatur pro-
fectus, tua vita disponitur.

Lectio VIII.

At vero puer Jesus, qui disponit vitam
tuam, ipse disponebat et suam, et quando
volebat, et quibus volebat, sapiens ap-
parebat; quando et quibus volebat, sa-
pientior; quando et quibus volebat, sa-
pientissimus: quamquam in se numquam
epet, nisi sapientissimus. Similiter et
cum semper omni gratia plenus fuisset,
sive quam apud Deum, sive quam apud ho-
mines habere deberet; pro suo tamen arbi-
trio eam nunc plus, nunc minus ostenta-
bat, prout cernentium vel meritis congrue-
re, vel saluti expedire sciebat.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. ii.

Numquid Deus repulit populum suum?
absit. Nam et ego Israelita sum ex semine
Abraham de tribu Benjamin. Non repulit
Deus plebem suam, quam proscivit. an
nescitis, in Elia quid dicit scriptura, quem-
ad modum interpellat Deum adversum
Israel: Domine prophetas tuos occiderunt,
altaria tua suffoderunt: et ego relictus
sum solus, et quorunt animam meam.
Sed quid dicit illi divinum responsum: re-
liqui mihi septem millia virorum, qui
non curvaverunt genua ante Baal. Sic
ergo et in hoc tempore reliquos secundum

lectionem gratia salvo facto sunt. Si autem
 gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia
 iam non esset gratia. quid ergo? quod quo-
 rebat israel, hoc non est consecutus: electis
 autem consecuta est: ceteri vero excacati
 sunt, sicut scriptum est: dedit illis deus spi-
 ritum compunctionis, oculos, ut non videant,
 et aures, ut non audiant, usque ad hodiernum
 diem. Et David dicit: fiat mensa eorum
 in laqueum, et in captivum et in scandalum,
 et in retributionem illis: obscurentur oculi
 eorum, ~~ut~~ ne videant, et dorsum eorum
 semper incurva.

Lectio X.

Dico ergo: numquid sic offenderunt, ut cade-
 rent? absit: sed illorum delicto salus est gen-
 tibus, ut illos emulentur. quod si delictum
 illorum divitiae sunt mundi, et diminutio
 eorum divitiae gentium: quanto magis ple-
 titudo eorum? Vobis ~~autem~~ enim dico genti-
 bus, quamdiu quidem ego sum gentium
 apostolus, ministerium meum honorifica-
 bo, si quo modo ad emulandum provocem
 carnem meam, et salvos faciam aliquos ex
 illis. Si enim amissio eorum reconciliatio
 est mundi: quo assumptio, nisi vita ex
 mortuis? quod si delibatio sancta est, et
 inapa, et si radix sancta et rami. quod
 si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem, cum
 oleaster es, miseratus es in illis, et socius ra-
 dicis et pinguedinis olivae factus es, noli
 gloriari adversus ramos. quod si gloriaris;
 non tu radicem portas, sed radix te.

Lectio XI.

Dices ergo: fracti sunt rami, sed ego miserar.

Bene: propter incredulitatem fracti sunt.
 Tu autem fide gloriaris: noli altum sapere, sed
 time. Si enim Deus naturalibus ramis non
 peperit: ne forte nec tibi pariat. Vide ergo
 bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem,
 qui ceciderunt, severitatem: in te autem
 bonitatem Dei, si permanseris in bonitate,
 alioquin et tu excideris. Sed et illi, si non per-
 manserint in incredulitate, miserentur:
 potens est enim Deus iterum inferere illos.
 Nam si tu ex naturali excipus es oleastro,
 et contra naturam inferus es in bonam
 olivam: quanto magis ii, qui secundum
 naturam miserentur suis olivis?

Lectio XII.

Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium
 hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia
 cecitas ex parte contigit in Israel, donec
 plenitudo gentium intraret, et sic omnis
 Israel salvus fieret, sicut scriptum est:
 veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat im-
 pietatem a Jacob. Et hoc illis a me testa-
 mentum, cum absterulo peccata eorum.
 Secundum Evangelium quidem inimici
 propter vos, secundum electionem autem
 charissimi propter patres. Sine poenitentia
 enim sunt dona et vocatio Dei. Sicut enim
 aliquando et vos non credidistis Deo, nunc
 autem misericordiam consecuti estis prop-
 ter incredulitatem illorum: ita et isti nunc
 non crediderunt in vestram misericordiam,
 ut et ipsi misericordiam consequantur.
 Conclusit enim Deus omnia in increduli-
 tate, ut omnium miseretur.

Sequentia sancti Evangelii se-
cundum Lucam. cap. 2.

Quum factus esset Jesus annorum duodecim,
ascendentibus illis Ierosolimam secundum
consuetudinem diei festi, consummatisque
diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in
Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius.
Existimantes autem illum esse in comitatu,
reverserunt iter diei, et requirebant eum inter-
rogatos et notos. Et non inveniētes, re-
gressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.
Et factum est, post triduum inveniēti illum
in templo, sedentem in medio doctorum, au-
diētem illos et interrogantem eos. Stupe-
bant autem omnes, qui eum audiebant,
super prudentia et responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Et dixit Mater eius ad illum:
Fili quid fecisti nobis sic? eue pater tuus et
ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos:
quid est, quod me querebatis? nesciebatis,
quia in his, quos Patris mei sunt, oportet me
esse? Et ipsi non intellerunt verbum, quod
locutus est ad eos. Et descendit cum eis et venit
Nazareth, et erat subditus illis. Et Mater eius
conservabat omnia verba haec in corde suo.
Et Jesus proficiebat sapientia et statura et gra-
tia apud Deum et homines.

Ad laudes matutinas et horas.

Antiphona ut in Epiphania.

Letitio apoc. 21.

Claritas Dei illuminavit civitatem sanctam,
et lucerna eius est agnus: et ambulabunt
in lumine eius, et reges afferent
gloriam suam et honorem in illam.

Et. br. et Hymnus: Jesus refulsit. ut in die.

V. Deus stetit in synagoga deorum:

R. In medio autem eius deos diiudicat. Ps. 81.

Ad Bened. ant. Invenimus illum in templo,
sedentem in medio doctorum, & audientem
illos, et interrogantem eos. Luc. 2.

Oratio ut in I. Vesperis.

Commemoratio Epiphaniae per antiphonam
et orationem, quo occurrit secundum ordinem
dierum.

Ad horas antiphonae, versus et lectiones
ex Epiphania, oratio ut supra notatur.

Ad II. Vesperas.

LECTIO Ephe. 4.

Crescamus in illo per omnia, qui est caput
Christus: ex quo totum corpus compactum
et connexum per omnem iuncturam sub-
ministracionis, secundum operationem
in mensuram uniuscuiusque membri,
augmentum corporis facit in edificatio-
nem sui in charitate.

R. br. et Hymnus ex II. Vesperis Epiphaniae.

V. Benedictionem dabit legislator,

R. Ibunt de virtute in virtutem. Ps. 85.

Ad Magnif. ant. Jesus proficiebat sapi-
entia et etate et gratia & apud Deum et
homines. Luc. 2.

Et fit commemoratio octavo, per anti-
phonam et orationem de die corrente.

Si concurrat cum primis vesperis diei octa-
ve, vesperae dicuntur de ea, cum com-
memoracione Dominicae.

De Dominica infra octavam.

Die 12. Jan. d. levit.

Si Epiphania venerit in Dominica,

Sequenti die undecima seu feria sexta ad vespere-
 ras dicitur lectio, R. br. hymnus, V. antiph.
 ad Magnif. et oratio, ut supra in I. Vesperis
 Dominice. Ad vigiliis lectiones tres et cetera
 de die 12. Januarii, cum oratione ex Dominica.
 Ad matutinas vero omnia, ut supra in Dominica
 notatur, cum commemoratione octavo ex eadem
 die 12. Jan. In II. Vesperis autem nulla fit
 amplius commemoratio Dominice.

Die XIII. Januarii.

Octava Epiphania,
 et Baptismus Christi.
 Dupl. mai. 12. lect.

Ad I. Vesperas. antiphona.

1. Eril fons patens habitantibus Jerusalem *
 in ablutionem peccatoris. Zach. 13.
2. Sanctificabo nomen meum magnum, quod
 pollutum est inter gentes: * et effundam
 super vos aquam mundam. Zeck. 36.
3. Mundabimini ab omnibus iniquitatem
 vestris: * et ab universis idolis vestris
 mundabo vos. Is. 66.
4. Exhibunt aquo vivo de Jerusalem, * et
 erit Dominus rex super omnem terram. Zach. 14.

Lectio Joel 3.

Erit Jerusalem sancta, et alieni non transibunt
 per eam amplius; et erit in die illa, stillabunt
 montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et
 res omnes rivos juda ibunt aquo; et fons de
 domo Domini egredietur, et irrigabit terren-
 em spinarum.

- R. br. Fluminis impetus locificabit civi-
 tatem Dei.
3. Sanctificavit tabernaculum suum
 altissimus. Ps. 45.

Hymnus Cūn.

1. Lavacra puri gurgitis
Caelestis agnus abigit: *
Beuata quo non debuit,
Nos abluendo, sustulit.
2. Non abluunt lymphae Deum,
Sed abluit lymphas Deus: *
Carnisque contactu sacra
Vindat lavandi crimina.
3. Promissus eue jam patet
Fons abluendis cordibus: *
Res mira! corpus tingitur,
Mentisque labes tollitur.
4. His vincla nam canalibus
Regis supremi purpura, *
Tinctos cruentat, et nivis
Gustat datepe candidos.
5. Focunda sancto Spiritu
Virgo Deum nobis parit: *
Focunda sancto Spiritu
Nunc unda nos parit Deo.
6. Jesu tibi sit gloria,
Mundi scelus qui diluis: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

Haec clauduntur hymni huius diei.

V. Flumina plaudunt manu a conspectu Domini:

R. Quoniam venit. Ps. 97.

Av. Magnif. ant. Noli timere; effundam
enim aquas super sitientem, et fluen-
tia super aridam: * et effundam spiritum
meum. Ps. 41.

Oratio sac. Gelas.

Deus, cuius Unigenitus in substantia nostro
carnis apparuit: pro te quo sumus; ut per eum,
quem similem nobis foris agnoverimus, iustus refor-
mari mereamur. Qui tecum vivit.

Ad Vigiliis nocturnas.

Inuit. Jesum, qui baptizat in spiritu sancto. x
venite adoremus. Jo. i.

Hymnus Clun.

1. Clamantis eae vox sonans
Deserta Judae qualibet. x
Nox ad Joannem confluent,
Quos criminum moles gravat.

2. Et ipse permittus reis
Accedit agnus innocens. x
Agnus, suo qui sanguine
Delebit orbis crimina.

3. Sub nube carnis absuam
Lucerna solem deiecit. x
Lymphis nec audebit tingere,
A quo lavari debuit.

4. Parere sed fas est Deo,
Et quando sese deprimat. x
Hunc omne virtutum genus
Implere nempe sic deest.

5. Agnosce Praecursor, tibi
Fatus revelat quem Deus. x
Tu mergis undis corpora,
Hic corda mundat spiritu.

6. Jesu tibi fit gloria,
Mundi scelus qui diluis. x
Cum batre cumque spiritu,
In sempiterna secula. amen.

In I. nocturno antiphona.

1. Aquae inundabunt, et delebitur sedus vestrum
cum morte. x et pactum vestrum cum in-
ferno non stabit. Jf. 28.

2. Effundam super vos aquam mundam, x et
spiritum meum ponam in medio vestri. Isa. 44.

3. Mundabo sanguinem eorum, quem non mun-
daveram. x et Dominus commorabitur in lion.
Joel. 3.

4. Erunt super omnem montem excelsum
 rivi decurrentium aquarum: & in die,
 qua alligaverit Dominus vulnus populi
 sui. ff. 30.
5. Egredi et pauperes quærant aquas, et
 non sunt: & ego Dominus exaudiam
 eos. ff. 41.
6. Dicite pusillanimis, confortamini, et
 nolite timere: & quia siccus sunt in deserto
 aquæ, et torrentes in solitudine. ff. 35.
7. Vigilasti Domine terram et inebriasti
 eam:
8. Flumen Dei repletum est aquis. ff. 64.
- Quatuor lectiones dicuntur de epistola se-
 cunda ad Corinthios infra posita, ex illa
 feria, in qua hoc octava occurrit: in Dominica
 vero legitur eius initium. ff. I. nocturni
ex I. noct. Epiphaniæ.

In II. nocturno antiphona.

1. Fuit Joannes in deserto baptizans, & et
 predicans baptismum poenitentiae in
 remissionem peccatorum. Marc. 1.
2. Joannes baptizavit baptismum poeniten-
 tiae populum, dicens: & in eum, qui ven-
 turus esset post ipsum ut crederent, hoc
 est, in Jesum. Act. 19.
3. Venit Jesus a Galilea in Jordanem ad
 Joannem: & ut baptizaretur ab eo. Matth. 3.
4. Joannes prohibebat eum dicens: & ego te
 debeo baptizari; et tu venis ad me. ff.
5. Respondens Jesus dixit: sine modo: & sic
 enim decet nos implere omnem justitiam. ff.
6. Baptizatus est Jesus a Joanne in Jordanem, &
 et statim ascendens de aqua vidit caelos
 apertos. Marc. 1.

2. Viderunt te a quo Deus:

3. Et timuerunt, et turbatae sunt abyssi. Ps. 46.

Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.

orati. 59. in N. lumina.

Christi nativitatem prius apta solemnitate celebravimus; cum stella cucurrimus; cum magis adoravimus; cum pastoribus luce circumfusi sumus; cum angelis divinam gloriam predicavimus. Et nunc vero alia Christi actio, aliud mysterium sequitur. Cohibere non possum animi voluptatem, divini efflatus impetu agor, ac propemodum Joannis instar faustum nuntium profero: non quidem, ut ille, procurator; ceterum a solitudine veniens. Christus illuminatur; simul et nos illuminemur. Christus baptizatur; simul et nos descendamus, ut cum ipso pariter ascendantur. Nec vero hoc solum, quod Jesus baptizatur, sed alia quoque spectanda sunt, nimirum, quis, a quo et quando; purus, scilicet, a Joanne, et cum signorum evidentiorum initium facit.

4. Vox Domini revelabit condensa, et in templo eius omnes dicent gloriam: Dominus diluvium inhabitare facit, et sedebit Dominus rex in eternum. 5. In diebus et hoc otio animo salus facta sunt per aquam, quod et vos nunc similis forma salus facit Baptisma. et Dominus. Ps. 28. j. Petr. 3.

Lectio VI.

Ceterum baptizat Joannes, accedit Jesus; forte quidem sanctificaturus et baptizans, manifeste autem, ut totam veterem aquam repeliat in aquis: ante vero et propter hos, Jordanem, nimirum ut spiritus et caro erat,

Sic etiam per spiritum et aquam inhians.
 Non admittit baptista, Jesus certat. Ego
 a te debeo baptizari, dicit lucerna soli;
 vox verborum amicus franco, inter natos
 mulierum maior, primogenito omnis
 creature; is qui a materno ventre pro-
 suellaverat, ei qui in ventre adoratus
 fuerat; procurator et procurator ei, qui
 apparuerat, et appariturus erat. quid
 autem Jesus? sine modo, hoc enim certo con-
 silio et dispensatione fit.

R. In diebus illis venit Jesus a Nazareth
 Galilee: et baptizatus est a Joanne in
 Jordane. V. Dicite pusillanimis: Deus ipse
 saluabit vos; quia scisso sunt in deserto
 aquo. et bapt. Marc. i. ff. 55.

Lectio VII.

Ascendit Jesus ex aqua, mundum enim
 secum in actum effert, ac coelos, quos adam
 clauserat et sibi et posteris, quemadmodum
 a flammeo gladio paradysum, findi atque
 aperiri cernit. ac spiritus testimonium
 perhibet divinitatis; ad similem enim accu-
 rit. Et vox coelitus mittitur; illinc enim
 eratis, de quo testimonium perhibebatur.
 Et ut columba spiritus apparet; a multis
 enim seculis columba diluvii finem nuntiare
 consuevit.

Et. Jesu baptizato et orante apertum est
 coelum: et descendit spiritus sanctus cor-
 porali specie, sicut columba in ipsum.

R. Eue servus meus, suscipiam eum, elatus
 meus; complacuit sibi in illo anima mea:
 Vidi spiritum meum super eum. et descendit.
 Luc. 3. ff. 42.

Lectio VIII.

Vos igitur hodie Christi baptismum venore-
mur, ac festum honeste celebremus, non
sensibus deliciis operam dantes, sed spiritualiter
nos oblectantes. Lavamini, mundi estote.
Si peccato rubri estis ac prope sanguinei,
quasi nix dealbamini. Si coccinei estis, ac
minimo viri sanguinum, ad candorem lanae
revertite. Purgamini, inquam: nulla
enim re Deus perinde delectatur, ut hominis
resipiscentia ac salute, pro quo omnis sermo,
et omnia mysteria. Sic fiet, ut sicut lumi-
naria in mundo, ita et vos aliis hominibus
sitis vis quaedam vivifica, et velut lumina
perfusa, magno illi lumini adstantes, et a
Trinitate illuminati: cuius nunc radium
a divinitate, quo una est, emanantem ac-
cristis in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria
in secula seculorum. Amen.

R. Ecce vox de caelis dicens: & Hic est Filius
meus dilectus, in quo mihi complacui. V.
Vox Domini super aquas, Deus majestatis
in tonitruo. & Hic est. V. Gloria. & Hic est.
Matth. 3. 17. 28.

In III. nocturno.

ant. Ecce ego declinabo super Jerusalem
quasi fluvium pacis: & et quasi torrentem
mündantem gloriam gentium. Ps. 66.

Cantica ut in die Epiphaniae.

V. Benedicite gentes Deum nostrum:
R. Et auditam facite vocem laudis eius. Ps. 65.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 12.

Obsecro vos fratres per misericordiam Dei,
ut exhibeatis corpora vestra hostiam vi-
ventem, sanctam, Deo placentem, rationabile
obsequium vestrum. Et nolite conformari

huius seculo, sed reformamini in novitate
sensus vestri: ut probetis, quae sit voluntas
Dei bona, et beneplacens et perfecta. Dico
enim per gratiam, quae data est mihi, omni-
bus qui sunt inter vos: non plus sapere,
quam oportet sapere, sed sapere ad sobrie-
tatem: et unicuique sicut divisit Deus
mensuram fidei.

R. Vidit Joannes Jesum venientem ad se,
et ait: ecce agnus Dei: & ecce qui tollit
peccatum mundi. *V.* Justificabit ipse
justos multos, et iniquitates eorum ipse
portabit. & ecce qui. *Jo. j. ff. 55.*

Lectio X.

Sicut enim in uno corpore multa mem-
bra habemus, omnia autem membra
non eundem actum habent: ita multi
unum corpus sumus in Christo, singuli
autem aetherius membra. Habentes
autem donationes secundum gratiam,
quae data est nobis, differentes: sive pro-
phetiam secundum rationem fidei, sive
ministerium in ministrando, sive qui
docet in doctrina, qui exhortatur in ex-
hortando, qui tribuit in simplicitate, qui
pro est in sollicitudine, qui misereatur in
hilaritate.

R. Super quem videris Spiritum descen-
dentem, et manentem super eum: & hic
est, qui baptizat in Spiritu Sancto. *V.*
Deponet iniquitates nostras; et prouinciet
in profundum omnia peccata nostra.
& hic est. *Joan. j. Mich. 4.*

Lectio XI.

Dilectio sine simulatione: odientes malum,

Adhaerentes bono: charitate fraternitatis
 invicem diligentes, honore invicem pra-
 venientes, sollicitudine non pigri, spiritu
 ferventes, Domino fervientes, spe gaudentes,
 in tribulatione patientes, orationi in-
 stantes, necessitatibus sanctorum commu-
 nicantes, hospitalitatem sectantes. Bene-
 dicite persequentibus vos: benedicite, et
 nolite male dicere. gaudere cum gau-
 dentibus, flere cum fleentibus. Propter
 invicem sentientes, non alta sapientes,
 sed humilibus consentientes.

R. Omnes filii Dei estis per fidem, quae
 est in Christo Jesu: & quicumque enim
 in Christo baptizati estis, Christum indui-
 stis. V. Non est judaeus, neque graecus,
 non est servus neque liber: omnes enim
 vos unum estis in Christo Jesu. & quicumque.

Gal. 3.

Lectio XII.

Nolite esse prudentes apud vos metipfos:
 nulli malum pro malo reddentes, providentes
 bona non tantum coram Deo, sed etiam coram
 omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex
 vobis est, cum omnibus hominibus pacem ha-
 bentes: non vos metipfos defendentes charissimi,
 sed date locum irae; scriptum est enim: michi
 vindicta, ego retribuam dicit Dominus. Sed
 si offenderit inimicus tuus, cede illi: si fuit,
 potum da illi; hoc enim faciens carbonem ignis
 congeres super caput eius. Noli vinci a malo,
 sed vince in bono malum.

R. Charitatem habete, quod est vinculum
 perfectionis: & est pax Christi exaltet in cor-
 dibus vestris, in qua invocati estis in uno cor-
 pore. V. Unus Dominus, una fides, unum
 baptisma, unus Deus et pater omnium & pax.
 & gloria. & pax. Colos. 3. Eph. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. i.

In illo tempore: vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccatum mundi. Hic est, de quo dixi: post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Joannes dicens: quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo, et mansit super eum. Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.

Oratio ut infra.

Ad Laudes matutinas et horas antiphona.

1. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto: * non potest introire in regnum Dei. Joan. 3.
2. Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex Spiritu, Spiritus est: * oportet vos nasci de novo. ib.
3. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, * salvus erit. Marc. 16.
4. Ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, * et vos eritis mihi in filios et filias. 2. Cor. 6.
5. ad Laud. Aquo omnes, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini: * quia exaltavit cornu populi sui. Ps. 148.

Lectio apoc. 1.

Gratia vobis et pax a Jesu Christo, qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris, et fecit nos regnum et sacerdotes Deo Patri suo: ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum amen.

Ps. Reduxit eos in abyssis, & salvavit eos.
Et operuit aqua tribulantes eos. Ps. 105.

307.

Hymnus Cui.

1. Emergit undis, et Deo

Fundit preces homo Deo: &
Patet polorum regia,
Adopt repente spiritus.

2. Instar columbae, vertici

glaphus infidelis sacro: &
Summi patris vox personalis,
Vilectus huius est Filius.

3. Christi diva la corpore,

Sic quem lavacro consecrant: &
Hic nascitur proles Dei,
Coelum precanti panditur.

4. Castis fil ac innoxius

Columba simplex moribus: &
Divinus hunc inbus regit,
Agit, fovetque spiritus.

5. Fac Christe, fac Deus potens,

Lotos tuis in fontibus, &
Tuo cruore candidos
Ut nulla labes inquinet.

6. Caelo renatos omnia

Terrena da contemnere: &
Fixisque mens oblectibus
Aperla spatet sidera.

7. Jesu tibi sit gloria,

Mundi scelus qui diluis: &
Cum Patre cumque spiritu,
In sempiterna secula. amen.

V. Contribulasti capita draconum in aquis:

R. Tu dirupisti fontes et torrentes. Ps. 75.

Ad Bened. ant. Eue Agnus Dei: & eue qui tollit
peccatum mundi: San. j.

Oratio.

Deus, qui unigeniti Filii tui baptismo fluentia

Sanctificare voluisti aquarum: ut ut renati
 aqua et spiritu pervenire ad gaudia aeterna
 mereamur. Verumdem... in unitate eundem.
Et dicitur hic et ad vigiliam tantum.

Ad Tertiam. Lectio Tit. 3.

Deus salvos nos fecit per lavacrum regene-
 rationis et renovationis Spiritus sancti, quem
 effudit in nos abunde per Jesum Christum
 Salvatorem nostrum: ut justificati gratia
 ipsius, heredes simus secundum spem vite
 aeterno.

V. Deat agens, cuius est Dominus Deus eius:

R. Populus, quem elegit in hereditatem filii. Ps. 2.

Oratio ut in I. Vesperis, per horas.

Ad Sextam. Lectio Ephes. 5.

Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradi-
 dit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans
 lavacro aquae in verbo vite: ut exhiberet
 ipse sibi gloriosam ecclesiam, non haben-
 tem maculam aut rugam, aut aliquid
 huius modi; sed ut sit sancta et immaculata.

V. Flumen Dei repletum est aquis:

R. Rivos eius inebria, multiplica genimi-
 na eius. Ps. 64.

Ad Nonam. Lectio 2. Petr. 1.

Per Christum Deus maxima et pretiosa
 nobis promissa donavit: ut per haec efficiamini
 divini confortes natura, fugientes
 eius, quo in mundo est, concupiscentie cor-
 ruptionem.

V. Apud te Domine est fons vite:

R. Et in lumine tuo videbimus lumen. Ps. 35.

Ad II. Vesperas.

Omnia dicuntur de B. Domine Jesu, ut in
 proprio de Sanctis, cum commemorationibus
 ibi notatis. Quod si contingat, vesperras spe de

Die octava, hoc modo fit. Antiphona, ul supra
ad horas.

Lectio Ezech. 47.

Aque iste, que egrediuntur ad humulos sabuli
orientalis, et descendunt ad plana deserti, intra-
bunt mare et exibunt, et sanabuntur aquo:
et omnis anima vivens, que serpit, quocumque
venerit torrens, vivet: et erunt pisces multi-
tatis, postquam venerint illuc aquo isto, et
sanabuntur, et ~~et~~ vivent omnia, ad quo
venerit torrens.

R. br. hymnus et V. ul ad I. Vesperas.

De Magnif. ant. Jesus plenus Spiritu sancto
regressus est a Jordane: * et agebatur a spiritu
in desertum. Luc. 4.

Oratio ul in I. Vesperis.

Dominica I.

Quo est infra octavam, vel octava die
Epiphaniae. Omnia, ul supra notantur.

In I. nocturno.

Lectio I.

Incipit epistola secunda beati Pauli
apostoli ad Corinthios. cap. i.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem
Dei, et Timotheus frater, eulegio Dei, quo est
Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in uni-
versa achaia. gratia vobis et pax a Deo Patre
nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus
et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater mise-
ricordiarum et Deus totius consolationis, qui
consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut
possimus et ipsi consolari eos, qui in omni
vespera sunt, per exhortationem, qua exhor-
amur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant
compassiones Christi in nobis, ita et per Christum
abundat consolatio nostra.

R. R. ex I. nocturno Epiphaniae.

Lectio II.

Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quo operatur tolerantiam earundem passionum, quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis, scientes, quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare, fratres, de tribulatione nostra, quo facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tederet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit et eruit; in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet. Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis, eius quo in nobis est donationis, per multos gratis agantur pro nobis.

Lectio III.

Nam gloria nostra hoc est, testimonium conscientie nostrae, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo; abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quo legistis, et cognovistis. Spero autem, quod usque in finem cognoscetis, sicut et nos cognovistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis, et per vos transire in Macedonia, et iterum e Macedonia venire ad vos, et a vobis deivi in Iudam. Cum ergo hoc

voluisse, num quid levitate usus sum? aut,
 quis cogito, secundum carnem cogito, ut sit
 apud me Est et non?

Lectio IV.

Fidelis autem Deus, quia semper noster, qui
 fuit apud vos, non est in illo Est et non. Dei
 enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos
 predicatus est, per me et Silvanum et Timo-
 theum, non fuit Est et non, sed Est in illo fuit.
 Quod quod enim promissiones Dei sunt, in illo
 Est: ideo ~~per~~ et per ipsum Amen deo ad gloriam
 nostram. qui autem confirmat nos vobiscum
 in Christo, et qui unxit nos Deus: qui et signa-
 vit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus
 nostris. Ego autem testem Deum in osco in
 animam meam, quoniam parcens vobis
 non veni ultra Corinthum: non quia do-
 minamur fidei vestre, sed adiutores sumus
 gaudii vestri, nam fide stabis.

Lectioes et R. R. II. et III. et Octurni
ex Dominica infra octavam, vel ex die octa-
va, si in eam incidat.

In sequentibus huius hebdomada feriis, infra
 octavam Epiphaniae occurrentibus, lectio de
 expositione omittitur, eiusque loco dicitur
 tertia propria cuiuslibet diei assignata, cum
 R. R. ex Epiphania iuxta ordinem feriarum.
 Post octavam vero, lectio scriptura ad signa
 dividitur, si fiat de aliquo festo 12. lectionum;
 si trium vero lectionum festo, prima est de
 scriptura, secunda de expositione, si festum
 non habeat duas proprias, alias expositio
 mittitur, et tertia de sancto. Si contingat
 feri de feria, prima dividitur ad 9. et
 tertia est de expositione. R. R. infra hanc
 hebdomadam dicuntur, prout die 2. 3. 4.

Januarii notantur, nempe feria 2. et 5. ex
 die II. feria 3. et 6. ex die III. feria VI. et Sab-
 bato ex die IV. Sequentibus vero hebdoma-
 dibus ex Dominica II. post Epiphaniam,

Feria II.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. 2.

Statui hoc ipsum apud me, ne iterum in
 tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo
 vos, et quis est, qui me letificet, nisi qui con-
 tristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis,
 ut non, cum venero, tristitiam super tristi-
 tiam habeam, de quibus oportuerat me
 gaudere: confidens in omnibus, quia meum
 gaudium omnium vestrum est. Etiam ex
 multa tribulatione et angustia cordis
 scripsi vobis per multas lacrymas, non ut
 contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem
 habeam abundantius in vobis. * Si quis
 autem contristavit, non me contristavit, sed
 ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit
 illi, qui eiusmodi est, objurgatio hoc, quod
 fit a pluribus: ita ut e contrario magis
 donetis, et consolemini, ne forte abundan-
 tiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi
 est. ¶ Propter quod obsecro vos, ut con-
 firmetis in illum charitatem. Idcirco enim
 et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum,
 an in omnibus obedientes sitis. Cui autem
 aliquid donastis, et ego: nam et ego quod do-
 navi, si quid donavi, propter vos in persona
 Christi, ut non circumveniamur a Satana;
 non enim ignoramus cogitationes eius.
 Cum venissem autem Troadem propter

vangelium Christi, et ostium mihi apertum
 est in Domino, non habui requiem spiri-
 tui meo, eo quod non invenerim Titum
 fratrem meum: sed valefaciens eis pro-
 lectus sum in Maedoniam. * Deo autem
 gratias, qui semper triumphat nos in Christo
 Iesu, et odorem nobilitatis suae manifestat per
 nos in omni loco: quia Christi bonus odor
 sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, et in iis
 qui pereunt: alius quidem odor mortis
 in mortem, alius autem odor vitae in
 vitam. Et ad hoc quis tam idoneus? Non
 enim sumus, sicut plurimi, adulterantes
 verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex
 Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chry-
 sostomi. hom. i. in hanc epist.

perere pretium est quod quere, quam ob causam
 apostolus priori ad Corinthios epistolam
 eundam adjecerit. Cum in priori dixisset,
 etiam ad vos, multo tamen spatio temporis
 interjecto non venit Corinthum, spiritu ni-
 mirum eum detinente in multo magis
 necessarius. Idcirco opus habebat altera
 epistola, nequaquam habiturus, si ad breve
 tempus distulisset promissum adventum.
 Alteram non ob hanc tantum causam scrip-
 sit iterum, verum etiam eo, quod prior
 epistola reddiderat illos meliores. Si-
 videm et illum, qui commiserat stuprum,
 et miserant ac profus eiecerant: et pecunia-
 rum collectionem, quam iusserat apostolus,
 multo studio fecerant; et Titum ab eo mis-
 erant plurima cum benevolentia exciperant.
 His omnibus motus scripsit alteram episto-
 lam; par enim erat, ut sicut peccantes incre-
 parat, ita correctos complecteretur et collaudaret.

Teria III.Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 3.

Incipimus iterum nos metipfos commendare?
aut numquid egemus, sicut quidam, commen-
dationis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola
nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quae
scitur et legitur ab omnibus hominibus:
manifestati, quod epistola estis Christi mini-
strata a nobis, et scripta non atramento, sed
Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed
in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem
talem habemus per Christum ad Deum: non
quod sufficientes simus cogitare aliquid a
nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra
ex Deo est, qui et idoneos non fecit ministros
noui testamenti, non littera, sed Spiritu;
littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. *
Quod si ministratio mortis litteris deforma-
ta in lapidibus fuit in gloria, ita ut non
posset intendere filii Israel in faciem Moysi,
propter gloriam vultus eius, quae evacuatur;
quomodo non magis ministratio Spiritus
erit in gloria? Nam si ministratio damna-
tionis gloria est, multo magis abundat mi-
nistratio iustitiae in gloria. Nam
nec glorificatum est, quod claruit in hac
parte, propter excellentem gloriam. Sic enim
quod evacuatur, per gloriam est; multo
magis quod manet, in gloria est. 9.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia
utimur: et non sicut Moyses ponebat ve-
lamen super faciem suam, ut non inten-
derent filii Israel in faciem eius, quod eva-
cuatur; sed obtusi sunt sensus eorum. usque
in hodiernum enim diem id ipsum velamen

in lectione veteris testamenti mouet non
 euclatum, quoniam in Christo euacuatur;
 sed usque in hodiernum diem, cum legitur
 Moyses, uelamen positum est super cor eo-
 rum. * Cum autem conuersus fuerit ad
 Dominum, auferetur uelamen. Dominus autem
 spiritus est, ubi autem spiritus Domini, ibi
 libertas. Nos uero omnes reuelata facie glo-
 riam Domini speculantes, in eandem ima-
 ginem transformamus a claritate in clari-
 tatem, tamquam a Domini spiritu.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

epist. ad Anastas. 115. d. E.

Lex docendo et iubendo, quod sine gratia im-
 pleri non potest, homini demonstrat suam
 infirmitatem, ut querat demonstrata in-
 firmitas Saluatorem, a quo sanata uoluntas
 populi, quod infirma non popet. Lex igitur
 adducit ad fidem, fides impetrat spiritum
 largiorem, diffundit spiritus charitatem,
 implet charitas legem. Ideo lex pedagogus
 uocatur, sub cuius minacissima seueritate
 qui invocauerit nomen Domini, saluus
 erit. quomodo autem invocabunt, in quem
 non crediderunt? Proinde ne littera sine
 spiritu occidat, spiritus uiuificans creden-
 tibus et invocantibus datur; charitas uero
 Dei diffunditur in cordibus nostris per spi-
 ritum sanctum, qui datus est nobis, ut fiat,
 quod idem apostolus dicit: plenitudo legis
 charitas. Ha bona est lex illi, qui ea legi-
 time utitur: utitur autem legitime, qui
 intelligens, quare sit data, per eius com-
 minationem confugit ad gratiam liberan-
 tem.

Tertia IV.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4.

Deo habentes administrationem iuxta quod
misericordiam consecuti sumus, non defici-
mus, sed abdicamus omnia de decoris, non
ambulantes in astutia, neque adueterantes
verbum Dei; sed in manifestatione veritatis
commendantes nos metipsos ad omnem con-
scientiam hominum coram Deo. * Quod si
etiam operatum est Evangelium nostrum,
in iis, qui pereunt, est operatum, in quibus
Deus huius seculi excocavit mentes infidelium,
ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii
glorie Christi, qui est imago Dei. Non enim
nos metipsos predicamus, sed Jesum Christum
Dominum nostrum, nos autem per servos
vestros per Jesum. Quoniam Deus, qui dixit
de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit
in cordibus nostris, ad illuminationem scien-
tia claritatis Dei, in facie Christi Jesu. 9.
Habentes autem thesaurum istum in vasis
futilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et
non ex nobis. In omnibus tribulationem
patimur, sed non angustiatur, aperiatur,
sed non destituimur, persecutionem pati-
mur, sed non derelinquimus, deicimur,
sed non perimus: semper mortificationem
Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et
vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.
Semper enim nos, qui vivimus, in mortem
tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu ma-
nifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors
in nobis operatur, vita autem in vobis. *
Habentes autem eundem spiritum fidei,
sicut scriptum est: credidi propter quod lo-
cutus sum, et nos credimus, propter quod et

spemur, scientes, quoniam qui suscitavit
Iesum, et nos cum Iesu suscitabit, et consti-
tuet vobiscum. Omnia enim propter vos,
ut gratia abundans per multos in gratia-
rum actione abundet in gloriam Dei.

Lectio II.

De expositione sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 9.

Plerisque in locis volumus, nec quod volumus,
aspicimus: non sic tamen, ut a proposito
rebus excidamus. Hoc quippe non eo per-
mittit Deus, ut vincamus, sed ut exerceamus.
Persecutionem patimus, sed non derelinquimus:
deiciamur, sed non perimus. Quamvis enim ten-
tationes contingant, non ea tamen contingunt,
quae ex tentationibus oriri solent: idque per
Dei potentiam, et gratiam. Alibi autem hoc
Deum idcirco permittere ait, tum ob ipsorum
humilitatem, tum ad aliorum securitatem:
hic vero, ut Dei potentia eluceat. Vides ne,
quantus quosque ex tentationibus redeat!
Nam et Dei vim offendeabant, et gratiam am-
plius degebant; sufficit enim tibi gratia
mea, inquit, et ad humilitatem conitabant,
alios compescebant, et illos tolerantiores ef-
ficiebant. Patientia enim, inquit, probatio-
nem operatur, probatio spem. Nam qui in
quam plurima pericula incidant, atque
ex iis spe divina freti emerferant, hinc do-
cebantur, ut illi magis haerent in omnibus.

Feria V.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4. 5.

Propter quod non deficimus, sed licet is,
qui foris est, noster homo corrumpatur,

tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Idem, quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre, supra modum in sublimitate eternum glorio pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis, que videntur, sed que non videntur. Que enim videntur, temporalia sunt, que autem non videntur, eterna sunt. * Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod edificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, eternam in caelis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, que de caelo est, superindui cupientes, filamentum vestiti, non nudi inveniatur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod volumus exspoliari sed supervestiri, ut absorbeat, quod mortale est, a vita. qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. 9.

Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, et non per speciem. audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et presentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus, sive absentes sive presentes placere illi. omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum. * Scientes ergo timorem Domini, nisi hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis

loriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in
facie gloriantur, et non in corde. Sive enim
mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

ser. 344. n. 27.

Vide duas mortes, unam temporalem eam-
enque primam; alteram sempiternam
et eandem secundam. Prima mors omnibus
preparata est; secunda solis malis, impiis,
infidelibus, blasphemis, et quid quid aliud
hanc doctrinam adversatur. Si fieri potest,
ambas non vis pati. Scio, vivere amas, mori
non vis; et de hac vita in aliam vitam si
transire velles, ut non mortuus resurgeres,
sed vivus in melius mutareris. Hunc af-
fectum ostendit apostolus, ubi ait: habita-
tionem habemus ex Deo, domum non manu-
latham, aeternam in caelis. Et enim in hoc
ingenisci mus, habitaculum nostrum, quod
e caelo est, superindui cupientes. In quo nolu-
mus, inquit, exspoliari sed supervestiri, ut
et sorbeatur mortale a vita. Non vis spoliari,
sed spoliandus es. Hoc tamen agas oportet,
ut spoliatus per mortem carnea tunica,
inveniaris indutus lorica fidei. Hoc enim
apostolus adiungit: si tamen et induti, non
vidi inveniamur. Nam prima mors spo-
liatura est te carne, interim seponenda, et
in eo tempore recipienda. Hoc velis nolis.
Non enim quia vis, resurges; aut si nolis, non
resurges; aut si resurrectionem non credis,
propterea non resurges. Opus est, ut potius
gas, ut qui resurrecturus es, velis nolis,
et resurgas, ut habeas, quod velis.

Feria VI.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 6.

Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. aut enim: tempore accepto exaudi vi te, et in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. * Sed in omnibus exhibeamus nos meli ipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: per arma justitie a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam, et bonam famam: ut seductores, et veraces; sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. 9.

Cor nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. non angustiari in nobis, angustiari autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem, tamquam filius dico, dilatamini et vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus. quo enim participatio justitie cum iniquitate? aut quo societas luci ad tenebras? quo autem conventio Christi ad Belial? aut quo pars fidei cum infidei?

mi autem consensus templo dei cum idolis? *
 Vos enim estis templum dei vivi, sicut dicit
 deus: quoniam inhabitabo in illis, et man-
 bulabo inter eos, et ero illorum deus, et ipsi
 erunt mihi populus. Propter quod exite
 de medio eorum, et separamini, dicit Domi-
 nus, et immundum ne tetigeritis: et ego
 recipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos
 eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus
 omnipotens.

Leitio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.
 hom. 12. in h. e.

Quidnam illud tempus acceptabile? Tempus
 videlicet beneficii et gratiae, in quo de
 peccatis admisis rationes non exposcuntur,
 nec poena penduntur, in quo unacum recon-
 ciliatione innumeris quoque bonis frui-
 mur, iustitia nimirum, sanctificatione,
 aliisque omnibus. ac proinde acceptabile
 hoc tempus vocat, quoniam eos quoque,
 qui innumeris sceleribus sese obstrinxerant,
 admittet: nec tantum admittet, sed
 et summum etiam honoris gradum sub-
 ehebat: non secus atque adveniente rege
 iudicii tempus non est, sed gratia ac salus.
 Heam causam acceptabile hoc tempus vocat,
 quandiu adhuc in scamm versamur,
 quandiu adhuc in excolenda vinea operam
 navamus, quandiu undecima hora super-
 st. Acedamus, ac vitam nostram recte
 instituamus. Nam si cum tot vitiis scate-
 rimus, et admisit nos, et nos liberavit, omni-
 bus solutos, eaque, quo nostri muneris fuit,
 restantes, annon multo magis admiserit
 est?

Sabbatho.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4.

Has ergo habentes promissiones, charissimi!
mundemus nos ab omni inquinamento
carnis et spiritus, perficientes sanctificatio-
nem in timore Dei. Capite nos. Neminem
lesimus, neminem corrupimus, neminem
circumuenimus. Non ad condemnationem
vestram dico: prodiximus enim, quod in cor-
dibus nostris estis ad commoriendum, et
ad conuivificandum. * Multa mihi fiducia
est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis,
repletus sum consolatione, superabundo
gaudio in omni tribulatione nostra. Etiam
et cum venissemus in Macedoniam, nullam
requiem habuit caro nostra, sed omnem tri-
bulationem passi sumus, foris pugna, intus
timores. Sed qui consolatur humiles, con-
solatus est nos Deus in adventu Filii. 9.
Non solum autem in adventu eius, sed
etiam in consolatione, qua consolatus
est in vobis, referens nobis vestrum desi-
derium, vestrum flebum, vestram emu-
lationem pro me, ita ut magis gauderem.
Quoniam etsi contristavi vos in epistola,
non me paenitet: et si paeniteret, videns
quod epistola illa, etsi ad horam, vos contri-
stavit, nunc gaudeo, non quia contristati
estis, sed quia contristati estis ad poeniten-
tiam. Contristati enim estis secundum Deum,
ut in nullo detrimentum patiamini ex
vobis. Quis enim secundum Deum tristitia
est, poenitentiam in salutem stabilem ope-
ratur; seculi autem tristitia mortem ope-
ratur. * Ecce enim hoc ipsum, secundum

317.

Utrum contristari uos, quantum in uobis
operatur sollicitudinem: sed defensionem,
sed indignationem, sed timorem, sed desi-
derium, sed emulationem, sed uindictam.
In omnibus exhibuistis uos incontaminatos
esse negotio. Igitur et si scripsi uobis, non
propter eum, qui fecit injuriam, nec propter
eum, qui pater est: sed ad manifestandam
sollicitudinem nostram, quam habuimus
pro uobis coram Deo; ideo consolati sumus.

Lectio II.

De expositione sancti Iohannis Chrysostomi.
hom. 14. in hanc ep.

Eodem nunc modo ii, qui accusantur, affici
debent, hoc est, ut lugeant ac lamententur,
et magistrorum suorum desiderio flagrent,
avidiusque eos, quam ipsos parentes, requi-
rant: ab his quippe vivere, ab illis bene
vivere habent. Sic paternas obiurgationes
ferre convenit, sic unacum antistitibus
eos, qui peccant, dolore affici. Non enim
in ipsis totum positum est, sed partim etiam
in nobis. Etenim si is, qui flagitium admisit,
e quidem a patre reprehendi, a fratribus
ulteri deliniri videat, segnior efficitur.
Proinde cum pater obiurgat, tu quoque cum
o irascaris, dum ut fratris curam gerens,
cum ut cum patre indignatus, magnum flu-
ium exhibe, et lacrymare, non quia obiurga-
us es, sed quia peccavit. Alioquin si exstruam
vidam ego, tu vero destruas, quid aliud spe-
rimus, quam ut labore nos ipsos confi-
amus? Hoc autem uobis a me dicta sunt,
cum antistites iustis de causis irascuntur,
os quoque cum ipsis irascimini: ut cum
uempiam obiurgatum videritis, ipsi cum
ragis etiam avertemini, quam magister ipse.

Qui deliquit, vos magis, quam magistros per-
timefeat. Etenim si magistri solius timor in
ipsius animo versetur, cito peccabit. Sin
autem tot oculos ac tot ora pertimuerit,
cautius vitam instituet.

Si septuagesima incidat in Dominicam se-
cundam post Epiphaniam, tunc hodie in offi-
cio festi occurrentis fiet commemoratio illius
Dominico secundo in laudibus matutinis
per ant. v. et orationem, ut infra ad laudes
Dominico notatur; in vesperis vero nulla
amplius erit eius commemoratio.

Ad Vesperas.

Omnia dicuntur ut in psalterio.

De Magnif. ant. Si qua in Christo nova
creatura, vetera transierunt: & ecce facta
sunt omnia nova. 2. Cor. 5.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus, qui coelestia
simul et terrena moderaris: supplicatio-
nes populi tui clementer exaudi; et pacem
tuam nostris concede temporibus. Per Do-
minum.

Dominica II.

Post Epiphaniam.

Duplex majus 12. lect.

Ad Vigilias nocturnas.

Omnia dicuntur de psalterio.

In I. nocturno.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 8.

Notam autem facimus vobis, fratres,
gratiam Dei, quae data est in ecclesiis Ma-
cedonio: quod in multo experimento tri-

ulationis abundantia gaudii ipsorum fuit,
 et altissima paupertas eorum abundavit in
 virtutibus simplicitatis eorum: quia secundum
 virtutem testimonium illis reddo, et supra
 virtutem voluntarii fuerunt, cum multa
 exhortatione obsecrantes nos gratiam et
 communicationem ministerii, quod sit in
 laudis. Et non sicut speravimus, sed semet
 ipsos dederunt primum Domino, deinde
 vobis per voluntatem Dei; ita ut rogaemus
 Titum, ut quemadmodum cepit, ita et par-
 ticipet in vobis etiam gratiam istam.

R. Apud Dominum misericordia, et co-
 piose apud eum redemptio: et ipse redimet
 Israel ex omnibus iniquitatibus eius. V.
 Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos
 redimeret ab omni iniquitate. et ipse.
 Gal. 129. Tit. 2.

Lectio II.

Sed sicut in omnibus abundatis fide et
 sermone et scientia et omni sollicitudine,
 insuper et charitate vestra in nos, ut et in
 hac gratia abundetis. Non quasi imperans
 dico, sed per aliorum sollicitudinem etiam
 vestre charitatis ingenium bonum con-
 roboans. Scitis enim gratiam Domini
 vestri Iesu Christi, quoniam propter vos
 genus factus est, cum esset dives, ut illius
 inopia vos divites essetis. Et consilium
 in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui
 non solum facere, sed et velle cepistis ab
 anno priore: nunc vero et facto perficite,
 et quemadmodum promptus est animus
 voluntatis, et ita sit et perficiendi ex eo,
 quod habetis. Si enim voluntas prompta
 non secundum id, quod habet, accepta est,
 non secundum id, quod non habet. Non enim

ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio,
sed ex equalitate.

R. In te Domine speraverunt patres nostri,
speraverunt, et liberaisti eos: & ad te clama-
verunt et salvi facti sunt. Et in te sperave-
runt, et non sunt confusi. *V.* Juxta fidem
defuncti sunt, confidentes quia peregrini
et hospites sunt super terram: ideo non
confunditur Deus vocari Deus eorum. & ad te.
Ps. 21. Hebr. 11.

Lectio III.

In presenti tempore vestra abundantia
illorum inopiam suppleat, ut et illorum
abundantia vestro inopio sit supplemen-
tum, ut fiat equalitas, sicut scriptum
est: qui multum, non abundavit, et
qui modicum, non minoravit. Gratias
autem Deo, qui dedit eandem sollicitu-
dinem pro vobis in corde Tili. quoniam
exhortationem quidem suscepit: sed cum
sollicitior esset, sua voluntate profectus
est ad vos. Nisimus etiam cum illo fratrem,
cujus laus est in Evangelio per omnes ecclesias.

R. Benedic anima mea Domino, et omnia,
quae intra me sunt, nomini sancto eius: &
anima mea noli oblivisci omnes retribu-
tiones eius, qui propitiatus omnibus
iniquitatibus tuis. *V.* Nisi Deus Filium
suum, propitiationem pro peccatis nostris.
& anima. *Ps. 102. j. Joa. 11.*

Lectio IV.

Non solum autem sed et ordinatus est
ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae
in hanc gratiam, quae ministratur a nobis
ad Domini gloriam, et destinatae volun-
tatem nostram: devitantes hoc, ne quis
nos vituperet in hac plenitudine, quae

ministratur a nobis. Providemus enim bona
non solum coram Deo, sed etiam coram
hominibus. Nisi enim cum illis et
fratrem nostrum, quem probavimus in
multis sepe sollicitum esse, nunc autem
multo sollicitiorem, confidentia multa
in vos. Sive pro Tito, qui est socius meus,
et in vos adiutor, sive fratres nostri, apostoli
ecclesiarum, gloria Christi. Offensionem
ergo, quae est charitatis vestrae, et nostrae
gloriae pro vobis, in illos ostendite in fa-
ciem ecclesiarum.

R. Speciosus forma pro filius hominum,
diffusa est gratia in labiis tuis: sedes tua
Deus in seculum seculi: * virga directionis
virga regni tui. V. ad angelos quidem dixit.
mi facit angelos suos spiritus, ad Filium
autem: thronus tuus Deus in seculum seculi.
* Virga. V. gloria. * virga. Ps. 44. Hebr. 1.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Maximi Episcopi.
hom. 1. de Epiph.

Invitatus, ut legitur, Dominus perrexit ad
nuptias; sed ut dignaretur hoc virginis filius,
ostre conditionis est ratio, ut docti exemplo,
epitimarum illum nuptiarum non negemus
ultorem. Vadit ergo ad nuptias Dei Filius, ut
nas dum potestate constituit, nunc presentia
et benedictione sanctificet. Vadit ad nuptias
eteris institutis novam sibi perpetuo virgi-
tatis prorsum gentium de conversione factu-
us. Vadit ad nuptias, quem nuptias non pro-
curant. Vadit ad nuptias, non utique ut convivius
lectetur, sed ut mirabilius innotescat.
Vadit ad nuptias non sumptuosus, sed
pauper. etiam cum defuisset nuptiantibus vinum,
illi beatissima Maria: vinum non habent.

R. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te: & perfecisti eis, qui sperant in te. R. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. & perfecisti. Ps. 35. i. Cor. i.

Lectio VI.

Cui velut indignans respondit Jesus: quid mihi est tibi mulier? nondum venit hora mea. Hoc verba indignantis esse quis dubitet? Sed in circo, ut reor, quia tam temere ei mater de defatu carnalis proculi suggererat, qui venerat totius orbis gentibus novum salutis eterno calicem propinare. Quod enim ait: nondum venit hora mea, illam nimirum gloriosissimam passionis suae horam, atque illud redemptionis nostrae vinum, quod vita omnium proficeret, promittebat. Etiam quod petebat Maria, erat gratia temporalis: quod Christus parabat, gaudii sempiterni. At tamen praequit benignissimum Dominum, dum magna veniunt, parva prestare. Et ideo venerabilis Maria, vere ut mater Domini, in spiritu futura proficiens, ac dominicam providens voluntatem, sollicito ministros admonuit dicens: quodcumque dixerit vobis, facite. Sicbat profecto mater sancta obirgationem illam Domini Filiique sui non irascentis offensam pretendere, sed miserantis portare mysterium.

R. Deus meus, in te confido, non erubescam. & Denim universi, qui sustinent te, non confundentur. R. Patior, sed non confundor, scio enim cui credidi. & etenim. Ps. 24. 2. Tim. i.

Lectio VII.

Tunc Dominus in crepato matris revelans pudorem, suamque iam aperiens majestatem, expectantibus ait ministris: implete hydrias aqua. Etque mora, obsequium suum obediens minister exhibuit. Eae repente aquo

f. relevans

illo ceperunt mirabiliter fortitudinem sumere.
 Ducere colorem, odorem probere, saporem
 concipere, totamque simul mutare natu-
 ram. quo permutatio aquarum a sua in
 aliam creaturam, presentis creatoris est
 testata virtutem. Nulla te, quicumque es,
 qui inter ista cavitaris, infidelitas turbet,
 quod dubium non est, ad nihil creatoris
 creaturarum elementa pendere. Aut cur
 non credamus, in dule dominica vinum fieri
 potuisse de aqua, cum nobis operante deo fo-
 mentis imbrum, terro de gremio per ministe-
 ria vinearum aqua surgat in vinum.

R. Voluntatem timentium se faciet Dominus,
 et deprecationem eorum exaudiet, et salvos
 faciet eos: & custodit Dominus omnes diligentes
 se. V. Nos ergo diligamus Deum, quoniam
 ipse prior dilexit nos, & custodit. *Ps. 144. v. 14.*

Lectio VIII.

Hoc, inquit, fecit Jesus initium signorum
 in cana galilaeae, et manifestavit gloriam
 suam, et crediderunt in eum discipuli eius.
 Crediderunt discipuli, non utique hoc, quod
 fieri cernebant, sed illud, quod carnalis vi-
 dere non potuit aspectus. Crediderunt, non
 quod Christus Jesus filius esset virginis,
 quod sciebatur, sed quod idem unigenitus
 esset altissimi, quod in opere probatur.
 Unde et nos, fratres! toto corde credamus
 ipsum esse Dei filium, quem filium homi-
 nis confitemur. Credamus illum et nostro
 consortem naturae et paterno substantia
 coequalem, quoniam et nuptiis interfuit
 homo, et aquas in vita mutavit ut Deus:
 quatenus fidei huius merito nos etiam
 Dominus noster sobrio illo gratia suo vi-
 no propitius potare dignetur.

R. Qui diligitis Dominum, odite malum: *
custodit Dominus animas sanctorum suorum,
de manu peccatoris liberabit eos. V. Diligite
sine simulatione, odite malum, adhe-
rentes bono. * custodit. R. gloria. * custodit.
Rf. gb. Rom. 12.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos.
cap. 13.

Omnia animum potestatibus sublimioribus
subdita sunt, non est enim potestas, nisi a Deo:
quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque
qui resistit potestati, Dei ordinationi re-
sistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dam-
nationem adquirunt: nam principes non
sunt timori boni operis, sed mali. Vis
autem non timere potestatem? bonum
fac, et habebis laudem ex illa: Dei enim
minister est tibi in bonum. Si autem malum
feceris, time: non enim sine causa gladium
portat, Dei enim minister est, vindex in
iram ei, qui malum agit.

R. Cum metu et tremore vestram salu-
tem operamini: * Deus est enim, qui
operatur in vobis et velle et perficere,
pro bona voluntate. V. Gratia estis
salvati per fidem, et hoc non ex vobis:
Dei enim donum est. * Deus. Philip. 2. Eph. 2.

Lectio X.

Deo necessitate subditi estote, non solum
propter iram sed etiam propter conscien-
tiam. Deo enim et tributa prestatis; mi-
nistri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.
Reddite ergo omnibus debita, cui tributum,
tributum; cui vectigal, vectigal; cui timo-
rem, timorem; cui honorem honorem.

117
 Nemini quidquam debeatis, nisi ut in-
 vicem diligatis: qui enim diligit proxi-
 mum, legem implevit. etiam: non adul-
 terabis, non occides, non furaberis, non
 falsum testimonium dices, non concupis-
 ces, et si quod est aliud mandatum, in hoc
 verbo instauratur: diliges proximum tuum
 sicut te ipsum. Dilectio proximi malum
 non operatur. Plenitudo ergo legis est
 dilectio.

R. Vos in libertatem vocati estis, tantum
 ne libertatem in occasionem delictis carnis, &
 sed per charitatem spiritus servite invicem.
 V. Omnis enim lex in uno sermone im-
 pletur: diliges proximum tuum sicut te-
 ipsum. & per. Gal. 5.

Lectio XI.

Et hoc scientes tempus, quia hora est jam
 nos de somno surgere: nunc enim propior
 est nostra salus, quam cum credidimus. et ex
 processit, dies autem appropinquavit. abii-
 ciamus ergo opera tenebrarum, et indua-
 mur arma lucis. Sicut in die honeste am-
 bulemus, non in comestationibus et ebri-
 etatibus, non in cubilibus et impudiciis,
 non in contentione et amulatione: sed
 induimini Dominum Jesum Christum,
 et carnis curam ne feceritis in desideriis.
 R. Quid Dominus Deus tuus petit a te,
 nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et
 diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in
 toto corde tuo, et in tota anima tua? &
 Dominum Deum tuum timebis, et illi soli
 servies. V. In christo Jesu neque circum-
 cisio aliquid valet neque proputium,
 sed fides, qua per dilectionem operatur.
 & Dominum. Deut. 10. Gal. 5.

Lectio XII. cap. 14.

Infirmum autem in fide asumpite, non
in disceptationibus cogitationum. alius
enim credit se manducare omnia: qui au-
tem infirmus est, olus manducet. Quis
manducet, non manducantem non spernabit;
et qui ^{non} manducet, manducantem non judi-
cet. Deus enim illum asumpsit. Tu quis es,
qui iudicas alienum servum? Domino
suo stat aut cadit: stabit autem: potens
est enim Deus statuere illum. etiam alius
iudicat diem inter diem, alius autem iudi-
cat omnem diem: unusquis in suo sensu
abundet.

R. Duo Seraphim clamabant alter ad
alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-
minus Deus Sabaoth; † plena est omnis
terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testi-
monium dant in coelo, Pater, Verbum,
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
* Sanctus. V. gloria. † plena. Ps. 6. i. Jo. 8.

R. 4. pro feria quarta et Sabbato.

A mandatis tuis Domine intellexi, prop-
terea odivi omnem viam iniquitatis: *
Lucerna pedibus meis verbum tuum, et
lumen semitis meis. V. Omnis scriptura
divinitus inspirata utilis est ad docendum,
ad arguendum, ad corripiendum, ad erudien-
dum in iustitia. * lucerna. V. gloria. *
lucerna. Ps. 118. 2. Tim. 3.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. 2.

In illo tempore: Nuptie factae sunt in
Cana Galilaeae, et erat Mater Iesu ibi.
Vocatus est autem et Iesus, et discipulicium
ad nuptias. Et deficiente vino dixit Mater
Iesu ad eum: vinum non habent. Et dicit

Jesus: quid mihi et tibi est mulier? non-
 um venit hora mea. Dicit mater eius
 ministris: quodcumque dixerit vobis, fa-
 cite. Erant autem ibi lapideae hydris sex
 posite, secundum purificationem judaeo-
 rum, capientes singulae metretas binas
 vel ternas. Dicit eis Jesus: implete hydras
 aqua. Et impleverunt eas usque ad sum-
 mum. Et dicit eis Jesus: haurite nunc, et
 ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem
 gustavit architriclinus aquam vinum
 factam, et non sciebat, unde esset, ministri
 autem sciebant, qui hauserant aquam,
 vocat prorsum architriclinus, et dicit ei:
 omnis homo primum bonum vinum ponit,
 et cum inebriati fuerint, tunc id, quod
 deterius est: tu autem servasti bonum
 vinum usque adhuc. Hoc fecit initium
 signorum Jesus in cana galilae, et mani-
 festavit gloriam suam: et crediderunt in
 eum discipuli eius.

Reliqua omnia de psalterio per annum.

U. Bened. ant. Dicit mater Jesu ministris: *
 quodcumque dixerit vobis Jesus, facite. Jo. 2.

Oratio ex I. Vesperis.

U. Magnif. ant. Fecit initium signorum
 Jesus in cana galilae, et manifestavit
 gloriam suam: * et crediderunt in eum
 discipuli eius. Joan. 2.

Feria II.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. 9.

De ministerio, quod fit in sanctos, ex abun-
 danti est mihi scribere vobis. Scio enim
 promptum animum vestrum; pro quo de
 vobis glorior apud Macedones. Quoniam

et aphaia parata est ab anno proterito, et
 vestra emulatio provocavit plurimos.
 Nisi autem fratres, ut ne, quod gloriamur
 de vobis, evacuetur in hac parte, ut quem-
 admodum dixi, parati sitis: ne cum vene-
 rint Macedones mecum, et invenerint vos
 imparatos, erubescamus nos, ut non di-
 camus vos, in hac substantia. * et Necepa-
 rium ergo existimaui rogare fratres,
 ut proveniant ad vos, et proparent repro-
 missam benedictionem hanc paratam esse,
 sic quasi benedictionem, non tamquam
 avaritiam. Hoc autem dico: qui parce se-
 minat, parce et metet, et qui seminat in
 benedictionibus, de benedictionibus et
 metet. unusquisque prout destinavit
 in corde suo, non ex tristitia, aut ex neces-
 sitate; hilarem enim datorem diligit Deus. g.
 Potens est autem Deus omnem gratiam
 abundare facere in vobis, ut in omnibus
 semper omnem sufficientiam habentes,
 abundetis in omne opus bonum, sicut scrip-
 tum est: dispersit, dedit pauperibus, iustitia
 eius manet in seculum seculi. Qui autem
 administrat semen seminanti, et panem
 ad manducandum prestabit, et multipli-
 cabit semen vestrum, et augetur incre-
 menta frugum iustitiae vestrae: ut in
 omnibus locupletati abundetis in om-
 nem simplicitatem, quo operatus per nos
 gratiarum actionem Deo. * Quoniam
 ministerium huius officii non solum
 supplet ea, quae defunt sanctis, sed etiam
 abundat per multas gratiarum actiones
 in Domino, per probationem ministerii
 huius, glorificantes Deum in obedientia
 confessionis vestrae in Evangelium Christi,

et simplicitate communicationis in illos,
et in omnes, et in ipsorum obsecratione pro
vobis, desiderantium vos propter eminentem
gratiam Dei in vobis. gratias Deo super in-
narrabili dono eius

Lectio II.

De expositio ne sancti Joannis Chrysoستي.
hom. 19.

Mirabile est, quod, quo aservata pereunt,
eadem cum disperguntur, manent, et quidem
in perpetuum. Per iustitiam porro vocabulum
hoc loco benignitatem intelligit. Justos
quippe homines efficit, pendula ignis in
modum absumens et conficiens, cum lar-
gissime profunditur. quocirca ne parce nos
geramus, sed plena conferaque manu sera-
mus. Nam si homo acceptum beneficium
non negligit, sed gratiam rependit: multo
utique magis Christus gratiam relaxans
est. Et enim, qui ne beneficio quidem ullo
accepto largitur, an non idem, cum augetur,
vicem relaxans est? atque haec eo suademus,
ut homines opprimamus, ac de medio tol-
lamus: sed ut superflua circumcidamus.
Superfluum porro est, quod necessarium
usum excedit. Nam cum, hoc quoque re-
moto, sane atque honeste vitam transigere
possimus, superflue procul dubio adjungi-
tur. Hoc est in vestibus, et in mensa, et in
domo, et in omnibus aliis consideremus,
et necessarium usum ubique quoramus.
Nam quod superfluum est, id quoque inutile
est.

Feria III.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 10.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos per man-
 suetudinem et modestiam Christi, qui in
 facie quidem humilis sum inter vos, absens
 autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne
 presens audeam, per eam confidentiam,
 qua existimor auctere in quosdam, qui arbi-
 trantur nos tanquam secundum carnem
 ambulamus. In carne enim ambulantes,
 non secundum carnem militamus. Etiam
 arma militie nostrae non carnalia sunt,
 sed potentia Deo, ad destructionem munitio-
 num, consilia destruentes, et omnem alti-
 tudinem extollentem se adversus scientiam
 Dei, et in captivitatem redigentes omnem
 intellectum in obsequium Christi, et in
 promptu habentes ulcisci omnem inobe-
 dientiam, cum impleta fuerit vestra obe-
 dientia. & Quo secundum faciem sunt vi-
 dete. Siquis confidit sibi Christi se esse, hoc
 cogite liberum apud se, quia sicut ipse Christi
 est, ita et nos. Etiam etsi amplius aliquid
 gloriatus fuero de potestate nostra, quam
 dedit nobis Dominus in edificationem, et non
 destructionem vestram, non erubescam. g.
 Ut autem non existimer tanquam terrere
 vos per epistolas: quoniam quidem epistola,
 inquitur, graves sunt et fortes, praesentia
 autem corporis infirma, et sermo contempli-
 bilis: hoc cogite, qui eius modi est, quia quales
 sumus verbo per epistolas absentes, tales et
 praesentes in facto. Non enim audeamus inferere,
 aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos
 commendant; sed ipsi in nobis nos met ipsos
 mentientes, et comparantes nos met ipsos nobis.
 Et vos autem non in immensum gloriabimur,
 sed secundum mensuram regulae, qua mensus
 est nobis Deus mensuram pertrahendi usque
 ad vos. & Non enim quasi non pertrahentes
 ad vos, super extendimus nos: usque ad vos ~~etiam~~

min pervenimus in evangelio Christi. Non
in immensum gloriantes in alienis laboribus,
spem autem habentes crescentis fidei vestrae,
in vobis magnificari secundum regulam nostram
in abundantiam, etiam in illa, quae ultra vos
vult, gloriari. Cui autem gloriatur, in Domino
glorietur; non enim qui se ipsum commendat,
ille probatus est, sed quem Deus commendat.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 21.

Postquam institutum de elemosyna sermo-
nem, ut oportebat, absolvit, ostenditque plus
eos a se amari, quam ab ipsis ametur, atque
in super de patientia sua et de tentationibus verba
fecit. tempestive iam ad objurgandum se con-
tulit, pseudo-apostolos subindicans, et in iis, quo
molestiora erant, sermonem concludens, ac se-
ipsum commendans; nam hoc quoque in tota
epistola facit. Nec vero quisquam aberrabit,
qui hanc epistolam Pauli encomium appellavit.
Ad eo copiose et quo gratiosius, et quo ad ipsius
patientiam attinent, largiter describit. Quoniam
enim nonnulli erant, qui magnifice de se
lentirent, ac se ipsos Paulo ante ferrent, cumque
vel arroganter, vel nullius pretii hominem,
vel nihil sani docentem traducerent; nam hoc cor-
rupti eorum animi vel maximum erat judi-
cium: vides quomodo eos oburgare incipiat.
ipse autem ego Paulus. Viden, qua gravitate,
qua auctoritate loquatur? Hoc enim perinde est,
vosi diceret: obsecro vos, ne me cogatis, ac
ne ad versus eos, qui me parvipendunt, et car-
saleum hominem esse existimant, potentia
desinat.

Lectio IV.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. ii.

Utinam sustineretis modicum quid insipientie
 meae; sed et supportate me: emulos enim vos
 Dei emulatione; depondi enim vos uni viro
 virginem castam exhibere Christo. Timeo autem
 ne, sicut serpens etiam seduxit astutia sua,
 ita corrumpantur sensus vestri, et excidant
 a simplicitate, quae est in Christo. Nam si is,
 qui venit, alium Christum praedicat, quem
 non praedicavimus; aut alium spiritum
 accipitis, quem non accepistis; aut aliud
 evangelium, quod non recepistis: recte pa-
 teremini. * Existimo enim, nihil me mi-
 nus fecisse a magnis apostolis: nam et si
 imperitus sermone sed non scientia: in
 omnibus autem manifestati sumus vobis.
 Aut numquid peccatum feci, me ipsum
 humilians, ut vos exaltemini? quoniam
 gratis evangelium Dei evangelizavi vobis?
 alias ecclesias exspoliavi, accipiens stipen-
 dium ad ministerium vestrum. Et cum open
 apud vos, et egerem, nulli onerosus fui; nam
 quod mihi deerat, suppleverunt fratres,
 qui venerunt a Macedonia: et in omnibus
 sine onere me vobis servavi et servabo. ¶
 Est veritas Christi in me, quoniam haec
 gloriatio non infringetur in me in regio-
 nibus Achaiae. quare? quia non diligo vos?
 Deus scit. Quod autem facio, et faciam, ut
 amputem occasionem eorum, qui volunt
 occasionem, ut in quo gloriantur, inve-
 niantur sicut et nos. Nam eius modi pseudo-
 apostoli sunt operarii subdoli, transfigu-
 rantes se in apostolos Christi. Et non
 mirum; ipse enim satanas transfiguratur
 se in angelum lucis. Non est ergo magnum,
 si ministri eius transfigurentur velut mi-
 nistri iustitiae: quorum finis erit secundum

opera ipsorum. * Iterum dico: ne quis putet me insipientem esse, alioqui velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid gloriar: quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloria. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor. Libenter enim sufferis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Suffinetis enim, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cadit.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.
hom. 22.

Vides, quam modeste loquatur? quod si sermonis progressu altius loquitur, ne mirum tibi videatur. Nam si ubique demum locutus fuisset, tantam illis plagam minime inflixisset, nec discipulos errore liberasset. Siquidem accidit interdum, ut et intempestiva modestia quispiam utens detrimentum afferat; et contra eximium aliquid de se opportune predicans proficit: quemadmodum ipse quoque Paulus hic fecit. et eque enim periculum imminebat, ne discipuli de Paulo finisram aliquam opinionem imberent: non quod Paulus humanam gloriam captaret. Et sane qui fieri poterat, ut qui nec gehennam, nec regnum, nec innumerabiles mundos pro Christi amore quidquam esse duceret, is vulgi gloriam venaretur? Minime profecto. Imo contra per quam humilis erat, cum iiceret, prioremque vitam profcindebat, um blasphemum se ac persecutorem et contumeliosum appellaret. Hoc autem dico,

ut non tantum audiamus, sed etiam
 Discamus. Nam cum ille peccata, quo
 ante baptismum admiserat, et si profus
 extincta, in memoria tamen haberet, quam
 nos veniam consequi possimus, qui ea etiam,
 quo post baptismum perpetravimus, obli-
 vioni delermus?

Teria V.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
 ad Corinthios. cap. ii. et 12.

Secundum ignobilitatem dico, quasi nos
 infirmi fuerimus in hac parte: in quo
 quis audeat, in insipientia dico, audeo et
 ego. Hebrei sumus, et ego. Israelita sumus, et
 ego: semen abrahae sumus, et ego: ministri
 Christi sumus, ut minus sapiens dico, plus
 ego: in laboribus plurimis, in carceribus
 abundantius, in plagis supra modum, in
 mortibus frequenter. A Iudeis quinquies
 quadragenas, una minus, accepi. * Ter
 virgis cesus sum, semel lapidatus sum,
 ter naufragium pertuli, nocte et die in
 profundo maris fui, in itineribus saepe,
 periculis fluminum, periculis latronum,
 periculis ex genere, periculis ex gentibus,
 periculis in civitate, periculis in solitudine,
 periculis in mari, periculis in falsis fratribus.
 In labore et arumna, in vigiliis multis, in
 frigore et nuditate: proter illa, quo extin-
 secus sumus, in stantia mea quotidiana sol-
 licitudo omnium ecclesiarum. §.

Quis infirmatur, et ego non infirmor?
 quis scandalizatur, et ego non uror? Si gloriari
 oportet, quo infirmitatis meae sunt, gloriabor.
 Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi,

mi est benedictus in secula, scilicet quia non
 mentior. Damasci prepositus gentis areto
 regis custodiebat civitatem Damascenorum,
 et me comprehenderet: et per fenestram in
 porta dimissus sum per murum, et sic ef-
 fugi manus eius. Si gloriari oportet, non
 expedit quidem, veniam autem ad visiones
 et revelationes Domini. * Scio hominem
 in Christo ante annos quatuordecim: siue
 in corpore nescio, siue extra corpus nescio,
 Deus scilicet: raptum huiusmodi ad tertium
 caelum. Et scio huiusmodi hominem: siue
 in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scilicet:
 quoniam raptus est in paradysum, et audivit
 arcana verba, quo non licet homini loqui.
 Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem
 nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus
 meis. Nam etsi voluero gloriari, non ero
 in sapiens; veritatem autem dicam: parco
 autem, ne quis me existimet supra id, quod
 videt in me, sicut aliquid audit ex me.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 26.

Magnae iactationes erant illae, quas ante
 enumeravit, quo ex tentationibus profi-
 scebantur: habet autem nunc alia, quo
 dicat, revelationes atque arcana mysteria.
 Nonim pseudo apostolica, quibus carebant,
 de se ipsis predicabant: huius contra ea etiam,
 quo ipsi in sumis, occultas, idque cum tanta
 receptas ipsi incumbat, atque: non ex-
 cedit mihi; ut omnes doceat hanc rem om-
 nino fugere. Neque enim istud acutum
 illum habet, sed potius detrimentum habet,
 nisi utilis quodam ac necessaria occasio sit,
 quo ad impellat. Postquam itaque pericula,

temptationes, insidias, mœrores ac naufragia commemoravit, ad æternum gloriationis genus se confert: ut hinc quoque ostendat, invitum se et repugnantem ad id auctore. Ideoque enim quatuordecim annorum tempus posuit. Neque enim frustra huius temporis mentionem fecit, sed ut demonstret, quod qui tot annos tacitum id tenuerat, non id nunc enuntiasset, nisi summa cum necessitas impulisset: verum eque tacuisset, nisi fratres pereuntes vidisset.

Teria VI.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 12.

Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet: propter quod iter Dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabilet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmior, tum potens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui abis, qui sum supra modum, tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, insignis et prodigiis et virtutibus. ¶ Quid est enim, quod minus habuistis pro cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ene tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero

traris vobis. Non enim quero quo vestra sunt,
sed vos. nec enim debent filii parentibus the-
aurizare, sed parentes filios. * Ego autem
libentissime impendam, et super impendam
ipse pro animabus vestris: licet plus vos
diligens, minus diligar. Sed esto: ego vos non
travavi, sed cum essem afflictus, volo vos copari.
Numquid per aliquem eorum, quos mihi ad
vos, circumveni vos? Rogavi Titum, et
nisi cum illo fratrem. Numquid Titus vos
circumvenit? nonne eodem spiritu ambula-
vimus? nonne iisdem vestigiis?

Lectio II.

De expositione sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 26.

Perpicias ne animi equitatem ac probitatem?
nolestis liberari cupiebat: cum autem a
Deo audivit, hoc fieri non oportere, non
modo tristitia affectus non est, quod voti sui
compos non exultaret, sed etiam voluptatem
cepit. In tentationibus enim iusti florebant;
omnes hinc splendorem ac magnas coronas
consecuti sunt. Nam tunc etiam anima
vurgatur, cum propter Deum premittitur.
Tunc maiori auxilio fruuntur, atque ampliori
gratia digna existit, cum maiore subsidio opus
habet. quin ante illud quoque premium,
quod a Deo propositum est, ingentia bona
recipit. Nam afflictio et fastum ampu-
at, et sequestrat omnem exultationem, atque
in patientiam instruit ac veluti inungit:
erum humanarum vilitatem detegit,
atque ingentem philosophiam inducit.
Iodem enim auro ignis, hoc animis est afflictio,
surcitatem abstergens, puros efficiens,
valentes et illustres reddens.

Sabbato.

Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 12. 13.

Olim putatis quod excusemus nos apud vos?
coram Deo in Christo loquimur: omnia au-
tem, Charissimi! propter edificationem
vestram. Timeo enim, ne forte cum venero,
non quales volo, inveniam vos: et ego in-
veniar a vobis, qualem non vultis; ne forte
contentiones, emulationes, animositates,
seditiones, detractiones, susurraciones, infla-
tiones, seditiones sint inter vos: ne iterum,
cum venero, humiliet me Deus apud vos,
et lugeam multos ex iis, qui ante peccave-
runt, et non egerunt poenitentiam super
immunditia, et fornicatione, et impudi-
citia, quam gesserunt. * Ecce tertio hoc ve-
nio ad vos: in ore duorum vel trium testium
stabit omne verbum. Prædixi, et prædico,
ut presens, et nunc absens, iis qui ante pec-
caverunt, et ceteris omnibus, quoniam,
si venero iterum, non paream. An experi-
mentum queritis eius, qui in me loquitur
Christus, qui in vobis non infirmatur, sed
potens est in vobis? etiam et si crucifixus est
ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.
etiam et nos infirmi sumus in illo, sed vive-
mus cum eo ex virtute Dei in vobis. 9.
Vosmetipsos tentate, si estis in fide; ipsi vos
probate. An non cognoscitis vosmetipsos,
quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte re-
probi estis. Spero autem, quod cognoscetis,
quia nos non sumus reprobi. Oramus
autem Deum, ut nihil mali faciatis, non
ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod
bonum est, faciatis, nos autem ut reprobi simus.
Non enim possumus aliquid adversus veritatem,
sed pro veritate. gaudemus enim, quoniam
nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. *
Hoc et oramus vestram consummationem.

Pro hoc absens scribo, ut non praesens durius
 agam, secundum potestatem, quam Dominus
 dedit mihi in edificationem, et non in de-
 structionem. De cetero, fratres, gaudete,
 perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pa-
 cem habete, et Deus pacis et dilectionis erit
 vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto.
 Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini
 nostri Jesu Christi et charitas Dei, et commu-
 nicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vo-
 bis. amen.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 29.

Cum aliunde etiam multis ex rebus, tum vel
 hinc maxime Pauli philosophiam, pater-
 numque affectum perspicere licet: nimirum
 quam in denuntiandis rebus vehemens, in in-
 ferendis autem poenis tardus sit. et eque enim
 de iis, qui peccabant, poenas statim sumit: sed
 semel atque iterum admonuit. ac ne sic
 quidem in contumaces animadvertit, sed
 rursus admonet ac denuntiat dicens: tertio hoc
 venio ad vos: ac priusquam ad sim, rursus scri-
 bo. Postea, ne cum datio sequitur illis pariat,
 vide quo pacto hinc quoque eos corrigit, assidue
 nempe interminans, ac plagas intentans, atque
 hisce verbis utens: si venero iterum, non par-
 am; et: ne cum venero, lugeam multos. Hoc
 vero idcirco facit ac loquitur, ut hac quoque
 parte omnium Dominum imitetur. Nam
 Deus assidue quidem comminatur, ac soepe
 vocat: sed non soepe punit et cruciatum
 infert. quod si vim suam ille non ostendit, nec
 poenas irrogat, non imbecillitate prohi-
 betur; id enim potest; sed animi lenitate.
 ut miraris enim si pro sua tolerantia pa-
 tientiaque in peccatores non animadvertit,
 nec poenas ab iis expetit, cum ipse quoque in

crucem agi sustinuerit, atque huiusmodi cruciatibus perpetuus poenam minime irrogavit?

Si sequens Dominica ob septuagesimam impediatur, nec 28. Dominica post Pentecosten locum habeat, in festo hoc sabbato occurrente de ea fit commemoratio ad matutinas cum antiphona et oratione ex sequente Dominica, uti etiam ad missam, cum eius Evangelio in fine.

Ad Vesperas.

Duplex.

Ad Magnif. ant. Scientes, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi, et nos in Christo Jesu credimus.
Gal. 2.

Oratio Sa. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus: infirmitatem nostram propitius respice; atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Per Dominum.

Dominica III. post Epiphaniam.

Duplex maior.

Omnia de psalterio.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. i.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis; et qui mecum sunt, omnes fratres, ecclesis Galatis. Gratia vobis, et pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit se pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. amen. Miror, quod sic

lam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud eoangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere eoangelium Christi.

R. S. ex procedente Dominica.

Lectio II.

Sed licet nos aut angelus de caelo eoangelizet vobis, praeterquam quod eoangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis vobis eoangelizaverit, praeter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo? an quero hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Notum enim vobis facio, fratres! eoangelium, quod eoangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.

Lectio III.

Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequabar ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in iudaismo supra multos cohaerentes meos in genere meo, abundantius omulador existens paternarum nearum traditionum. Cum autem placuisset illi, qui me segregavit ex utero matris meae, et revelaret Filium suum in me, ut eoangelizarem illum in gentibus: continuo non adievi carni et sanguini, neque veni ierosolyman ad antecessores meos apostolos; sed abi in arabiam, et iterum reversus sum ierusalem.

Lectio IV.

Unde post annos tres veni ierosolyman videre Petrum, et mansi apud eum diebus undecim: alium autem apostolorum vidi

neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.
 Quos autem scribo vobis, eue coram Deo, quia
 non mentior. Deinde ueni in partes Syriæ
 et Cilicis. Eram autem ignotus facie eue-
 lris iudeis, qui erant in Christo: tantum
 autem auditum habebant, quoniam qui
 persequabatur nos aliquando, nunc euan-
 gelizat fidem, quam aliquando expugna-
 bat; et in me clarificabant Deum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

De expositione sancti Augustini episcopi
 in epistolam ad Galatas.

Causa, propter quam scribit apostolus ad
 Galatas, hoc est, ut intelligant gratiam Dei
 ad se cum agere, ut sub lege iam non sint.
 Cum enim predicata eis esset euangelii gra-
 tia, non defuerunt quidam ex circumcisione,
 quamuis christiani nomine, nondum ta-
 men tenentes ipsum gratiæ beneficium,
 et adhuc volentes esse sub oneribus legis,
 que Dominus Deus imposuerat, non iusti-
 tiam seruientibus, sed peccato, iustam scilicet
 legem iniustis hominibus dando ad demon-
 stranda peccata eorum, non auferenda.
 Non enim auferunt peccata, nisi gratia fidei,
 que per dilectionem operatur. Sub hac ergo
 gratia iam Galatas constitutos, illi vole-
 bant confirmare sub oneribus legis, aspe-
 verantes nihil eis prodesse euangelium,
 nisi circumciderentur, et ceteras carnales
 iudaici ritus observationes subirent. Et
 ideo Paulum apostolum suspectum habere
 ceperant, a quo illis euangelium predica-
 tum erat, tanquam non tenentem disci-
 plinam ceterorum apostolorum, qui
 gentes cogebant iudicare.

Lectio VI.

Talis quidem questio est in epistola ad Romanos: verum tamen videtur aliquid inter se, quod illi contentionem ipsam dirimit, et tunc componit, quo inter eos, qui ex Judæis, et eos, qui ex gentibus crediderant, orta erat, cum illi tanquam ex meritis operum legis filii redditum evangelii premium arbitrabantur, quod premium incircumcisus tanquam immeritis volebant dari; illi contra Judæis se preferre gestirent tanquam interfectores Domini. In hac vero epistola ad eos scribit, qui jam commotierant auctoritate illorum, qui ex Judæis erant, et ad observationes legis cogebant: ceperant enim eis credere, tanquam Paulus apostolus non vera predicasset, quod eos circumcidi nolisset. Et ideo sic cepit: Miror, quod sui tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gloriam Christi, in aliud evangelium. Hoc ergo exordio causa questionem breviter insinuat.

Leitio VII.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem, qui suscitavit illum a mortuis, et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesie Galatiæ. qui ab hominibus mittitur, potest esse verax, quia et Deus verax potest per hominem mittere: qui ergo neque ab hominibus, neque per hominem, sed per Deum mittitur, et illo verax est, qui etiam per homines nostros veraces facit. Priores ergo apostoli veraces, qui non ab hominibus, sed a Deo et hominem mihi sunt, per Jesum Christum scilicet adhuc mortuum. Verax etiam et ipsis apostolus, qui per Jesum Christum et Deum jam Deum post resurrectionem eius vivus est. Priores sunt ceteri apostoli per Christum adhuc ex parte hominem, id est,

mortalem: novissimus est Paulus apostolus per Christum iam totum Deum, id est, omni ex parte immortalem. Sit ergo testimonii eius equalis auctoritas, in cuius honorem implet carificatio Dei, si quid habebat ordo temporis minus.

Lectio VIII.

Modo ergo hominibus suadeo an Deo? aut quoro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem Christi servus non essem. Nemo Deo suadet, quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam, quam suadet, veritatem. Cui enim placet hominibus, non ab ipsis suam gloriam querens, sed Dei, ut salvi fiant, non iam hominibus, sed Deo placet: aut certe iam, cum et Deo placet simul et hominibus, non utique hominibus placet. aliud est enim placere hominibus, aliud et Deo et hominibus. Item qui hominibus propter veritatem placet, non iam ipse illis, sed veritas placet. Si adhuc hominibus quorarem placere, Christi servus non essem. jubet enim ille servis suis, ut discant ab ipso mites esse et humiles corde. quod nullo modo potest, qui propter se ipsum, id est, propter suam quasi privatam et propriam gloriam placere hominibus querit.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos.

cap. 14.

Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur,

Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.

Lectio X.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim; vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flebitur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat.

Lectio XI.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca et potus; sed iustitia, et pax, et gaudium in spiritu sancto. qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus. Itaque quo pacis sunt, sedemur; et quo edificationis sunt, in invicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

Lectio XII.

Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes tenetulum habe coram Deo: beatus, qui non

Semel ipsum in eo, quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non est ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 8.

In illo tempore: cum descendisset Jesus de monte, secutus sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum dicens: volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus: vide nemini dixeris, sed vade, offerre le sacerdoti, et offer munus, quod praecepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accepit ad eum centurio rogans eum et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Etiam et ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites; et dico huic: vade, et vadit; et alii: veni, et venit; et servo meo: fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno caelorum: filii autem regni eiciuntur in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus centurioni: vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Ad Hebraeos. cap. 11. Dixit Jesus centurioni:

W Bened. ant. Domine puer meus iacet
in domo paralyticus, et male loquebatur: &
illi Iesus: ego veniam, et curabo eum.
Matth. 8.

W Magnif. ant. Dixit Iesus centurioni:
vade; et sicut credidisti, fiat tibi: & sanatus
est puer in illa hora. Matth. 8.

Feria II.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. 2.

Post annos quatuordecim iterum ascendi Iero-
solyman cum Barnaba, assumpto et Tito.
ascendi autem secundum revelationem, et con-
tuli cum illis evangelium, quod predicavi in
gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur
aliquid esse: ne forte in vacuum curerem,
aut curissem. * Sed neque Titus, qui mecum
erat, cum esset gentilis, compulsus est circum-
cidi: sed propter subintroductos falsos fratres,
qui subintroierunt explorare libertatem
nostram, quam habemus in Christo Iesu,
ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque
ad horam cessimus subiectione, ut veritas
evangelii permaneat apud vos. ¶ Ab iis
autem, qui videbantur esse aliquid, quales
aliquando fuerint, nihil mea interest, Deus
personam hominis non accipit: mihi enim,
qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.
Ede contra cum vidissent, quod creditum est
mihi evangelium proputii, sicut et Petro
circumcisionis: qui enim operatus est Petro
in apostolatum circumcisionis, operatus
est et mihi intergentes. * Et cum cogno-
visset gratiam, quae data est mihi, Iacobus
& Cephas, et Iohannes, qui videbantur colum-
bae esse, dexteram dederunt mihi et Barnabae

Societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in
circumcisionem: tantum ut pauperum
memores essemus: quod etiam sollicitus
fui hoc ipsum facere.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Suspectum haberi volebant invidi aposto-
lum Paulum, quod aliquando persecutor
ecclesiarum fuerit; et ideo dicit: De his autem,
qui videntur aliquid, quales aliquando
fuerint, nihil mea interest. quia et qui
videntur esse aliquid, carnalibus homini-
bus videntur esse aliquid: nam non sunt
ipsi aliquid. Illi enim boni ministri Dei
sunt, Christus in illis est aliquid, non ipsi per
se. etiamsi ipsi per se essent aliquid, semper
fuerint aliquid, quales aliquando fuerint,
id est, quia et ipsi peccatores fuerunt, nihil pra-
dicit interesse: quia Deus personam hominis
non accipit, id est, sine personarum acceptione
omnes ad salutem vocavit, non repudiavit illis
delicta eorum. Et ideo absentibus illis, qui
priores facti erant apostoli, Paulus a Domino
perfectus est: ut, quando cum eis contulit, ni-
hil esset, quod perfectioni eius adderet; sed
potius ut viderent eundem Dominum Jesum
Christum, qui sine personarum acceptione
salvos facit, hoc dedisse Paulo ut ministraret
gentibus, quod etiam Petro viderat, ut mini-
straret Iudeis. et non ergo inveniunt in
aliquo dependere ab illo, ut cum ille se per-
fectum evangelium accepisse diceret, illi nega-
rent, et aliquid vellent tamquam imperfecto
addere, sed e contrario pro reprehensoribus
imperfectiois, approbatores perfectionis
fuerunt, et dederunt dextras societatis.

Feria III.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Galatas. cap. 2.

519.

Cum autem venisset Cephas antiochiam, in
faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.
Prius enim quam venirent quidam a iacobo,
cum gentibus edebat: cum autem venissent,
subtrahebat et segregabat se, timens eos, qui
ex circumcissione erant. Et simulationi eius
conenserunt ceteri iudei, ita ut et Barnabas
duceretur ab eis in illam simulationem. *
Sed cum vidissem, quod non recte ambularent
ad veritatem evangelii, dixi Cepha coram
omnibus: si tu, cum iudeus sis, gentiliter
vivas, et non iudaice, quomodo gentes cogis
iudaizare? Nos natura iudei, et non ex gen-
tibus peccatores. ¶ Scientes autem, quod
non justificatur homo ex operibus legis, nisi
per fidem Iesu Christi: et nos in Christo Iesu
redimus, ut justificemur ex fide Christi, et
non ex operibus legis: propter quod ex operi-
bus legis non justificabitur omnis caro.
Quod si quorantes justificari in Christo, inventi
sumus et ipsi peccatores, numquid Christus
peccati minister est? absit. * Si enim, quod
destruxi, iterum hoc aedifico, pro varicatore
ne constitutus. Ego enim per legem legi mor-
uus sum, ut deo vivam: Christo confixus sum
cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero
in me Christus. Quod autem nunc vivo in
carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me,
et tradidit semetipsum pro me. Non abiicio
gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo
ratis Christus mortuus est.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.

Nullam simulationem Paulus lapsus erat,
quia servabat ubique, quod congruere videbat
e ecclesiis gentium, sive iudeorum, ut

nusquam auferret consuetudinem, quae servata non impediebat ad obtinendum regnum Dei: tantum admonens, ne quis in superfluis poneret spem salutis, etiam si consuetudinem in eis propter offensionem infirmorum custodire vellet. Petrus autem, cum venisset Antiochiam, objurgatus est a Paulo, non quia servabat consuetudinem Judaeorum, in qua natus atque educatus erat: quamquam apud gentes eam non servaret: sed objurgatus est, quia gentibus eam volebat imponere. quod autem hoc coram omnibus, ne cessitas coegit, ut omnes illius objurgatione sanarentur. Non enim utile erat, errorem, qui palam noceret, in secreto emendare. Huc accedit, quod firmitas et charitas Petri objurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat. Valet autem hoc ad magnum humilitatis exemplum, quo maxima est disciplina Christiana; humilitate enim conservatur charitas: nam nihil eam citius violat, quam superbia.

Feria IV.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
ad galatas. cap. 3.

O insensati galatae! quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus praescriptus est, in vobis crucifixus? Hoc solum a vobis volo discere: ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consumme mini? * Tanta papi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: abraham credidit Deo, et

epulatum est illi ad iustitiam. 9.

Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii abraham. Providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, pronuntiavit abraham: quia in te benedicentur omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. * Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quo scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in illis.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.

Quod ait: quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis; sub timore vel intelligi, non in libertate: ut scilicet corporali presentique vindicta vindicaretur in eos, qui non permanerent in omnibus, quo scripta sunt in libro legis, ut facerent ea; huc quoque auereret, ut in ipsa corporum poena etiam maledicti ignominiam formidarent. Iste autem iustificatur apud Deum, qui eum gratis colit, non scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso propter ipsum, vel timore amittendi. In ipso enim solo vera nostra beatitudo atque perfecta est; et quoniam invisibilis est oratio carnis, de colitur, quamdiu in hac carne vivimus. Non itaque ex fide vivit, quisquis presentia, non videntur, vel cupit, vel timet: quia visus Dei ad invisibilia pertinet, quo post abuntur.

Tercia V.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Galatas. cap. 3.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno; ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. * Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo pernit aut super ordinal. Abrahæ dicitur sunt promissiones et semini eius. Non dicit: et seminibus, quasi in multis; sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus. g. Hoc autem dico; testamentum confirmatum a Deo, quo post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. * Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semper, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? absit. Si enim data esset lex, quo populus vivificaretur, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi darentur credentibus.

Lectio II.

De expositione sancti augustini episcopi.

Superbienti populo lex posita est, ut quoniam gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, et sine hac gratia nullo modo precepta legis impleret, transgressionem humiliaretur: ut quoreret gratiam, nec se suis meritis salvum fieri, quod superbum est, opinaretur: ut esset non in sua potestate civibus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. Per angelos autem ministrata est

minus dispensatio veteris testamenti, agente
 in eis spiritu sancto, et ipso verbo veritatis
 nondum incarnato, sed nunquam ab aliqua
 veridica administratione recedente. quia
 per angelos disposita est illa dispensatio legis,
 cum aliquando suam, aliquando Dei personam,
 sicut prophetarum etiam mos est, agerent;
 perque illam legem morbos ostendentem,
 non auferentem, etiam provaricationis
 crimine contrita est superbia: dispositum
 est per angelos semen in manu mediatoris,
 ut ipse liberaret a peccatis iam per trans-
 gressionem legis coactos confiteri, opus sibi
 esse gratiam et misericordiam Domini, ut
 sibi peccata dimitterentur, et in nova vita
 per eum, qui pro se sanguinem fudit, re-
 conciliarentur deo. In istis enim erat per
 transgressionem legis confringenda superbia,
 qui gloriantes de patre Abraham, quasi na-
 turalem se iactabant habere iustitiam, et
 merita sua in circumcisione ceteris genti-
 bus tanto perniciosius, quando arrogantius
 proferebant. Gentes autem facillime etiam
 sine huiusmodi legis transgressionem humi-
 liarentur.

Feria VI.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Galatas. cap. 3. 4.

Huius autem quam veniret fides, sub lege
 istodiebamur conclusi, in eam fidem, que
 revelanda erat. Itaque lex pedagogus noster
 ut in Christo, ut ex fide justificemur. At
 si venit fides, iam non sumus sub pedagogo.
 nos enim filii Dei estis per fidem in Christo
 Iesu. & Quicumque enim in Christo baptizati
 estis, Christum induistis. non estis Iudeus,
 neque Grecus, non estis servus, neque liber,

non est masculus neque femina: omnes enim
 vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Chri-
 sti; ergo semen abrahae estis, secundum promif-
 sionem heredes. ¶ Dico autem: quanto tem-
 pore heres parvulus est, nihil differt a seruo,
 cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus
 et actoribus est, usque ad praefinitum tempus
 a patre. Ita et nos, cum essemus parvuli, sub
 elementis mundi eramus servientes. At ubi
 venit plenitudo temporis, misit Deus Filium
 suum, factum ex muliere, factum sub lege,
 ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adop-
 tionem filiorum reciperemus. * Quoniam
 autem estis filii, misit Deus spiritum Filii
 sui in corda vestra, clamantem: abba, pater.
 Itaque iam non est seruus, sed filius; quod si
 filius, et heres per Deum. Sed tunc quidem
 ignorantes Deum ius, qui naturaliter non
 sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cog-
 noveritis Deum, immo cognovistis a Deo,
 quomodo convertimini iterum ad infirma
 et gena elementa, quibus deus servire
 vultis? Dies observatis et menses, et tempora
 et annos. Timeo vos, ne forte sine causa la-
 boraverim in vobis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi
 presbyteri. in h. l.

Heres iste parvulus, qui nihil differt a seruo,
 totum humanum genus usque ad adventum
 Christi, et ut amplius dicam, usque ad mundi
 consummationem significat. quomodo
 enim omnes in protoplasto Adam, nec dum
 nati, moriuntur, ita et omnes etiam hi,
 qui ante adventum Christi nati sunt, in
 secundo Adam vivificantur. atque ita fit,
 ut et nos legi servierimus in patribus,
 et illi gratia salventur in filiis. Ille
 intellectus ecclesia catholica convenit, quo
 et veteris et novi testamenti unam aperit

providentiam: nec distinguit in tempore,
quod conditione sociavit. Omnes edificati
sumus super fundamentum apostolorum
et prophetarum, continente nos angulari
lapide Jesu Christo Domino nostro, qui fecit
utraque unum, et medium parietem dissi-
pans, inimicitiam utriusque populi in
sua carne destruxit, et antiquo legis difficul-
tatem evangelicorum dogmatum integri-
tate mutavit. Et quomodo nos super
prophetas fundati sumus: ita et patriarche
in apostolorum fundamine constituerunt.
Tutores autem et actores posuit propheta
accipi, quorum verbis quotidie in adventum
Salvatoris erudiebamur; sicut pedagoga
Moysi lex supra dispersa est.

Sabbato.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
galatas. cap. 4.

Estote sicut ego, quia et ego sicut vos: fratres
obsecro vos: nihil me lasistis. Scitis autem,
quia per infirmitatem carnis evangelizavi
vobis iam pridem: et tentationem vestram
in carne mea. Non sprevisistis, neque respui-
stis: sed sicut angelum Dei excepistis me,
sicut Christum Jesum. * Ubi est ergo beati-
tudo vestra? testimonium enim perhibeo
vobis, quia si fieri populi, oculos vestros
ruiissetis, et dedissetis mihi. Ergo inimicus
vobis factum sum, verum dicens vobis? Emu-
lantur vos non bene: sed excludere vos vo-
lunt, ut illos emulemini. Bonum autem
emulamini in bono semper, et non tan-
tum cum profens sum apud vos. g.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec
formetur Christus in vobis. Vellem autem
esse apud vos modo, et mutare vocem meam:
quoniam confundor in vobis. Dicite mihi,
qui sub lege vultus esse, legem non legistis?
Scriptum est enim, quoniam Abraham duos
filios habuit, unum de ancilla et unum
de libera. Sed qui de ancilla, secundum
carnem natus est: qui autem de libera, per
re-promissionem: quo sunt per allegoriam
dicitur. * Hoc enim sunt duo testamenta,
unum quidem in monte Sina, in servitu-
tem generans, quo est agar: Sina enim
mons est in Arabia, qui conjunctus est ei,
quo nunc est Jerusalem, et servitum filiis
Juis. Illa autem, quo sursum est Jerusalem,
libera est, quo est mater nostra. Scriptum
est enim: Lotare sterilis, quo non parit:
erumpe et clama, quo non parturis: quia
multi filii deserto magis, quam eius, quo
habet virum.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

l. 2.

Beatus est, qui ambulat in virtutum via:
sed si ad virtutes usque pervenerit. et sic
prodest a vitiis recessisse, nisi optima com-
prehendas. quia non tam initia sunt in
bonis studiis laudanda, quam finis. quum
ergo singuli gradus juxta proventus suos
habeant beatitudinem, si finis, et ubi ita
loquar, extrema manus operi defuerit,
totus labor irritus fiet, et dicetur: ubi est
ergo beatitudo vestra? quamvis, inquit,
vos eo tempore, quo evangelium juxta
carnem susceperatis, beatos dicerem, quod
in initiis fervebatis: tamen nunc, quia

non video edificio culmen impositum, et
 bene nequaquam iacta fundamenta, cogor
 dicere: ubi est ergo beatitudo vestra, qua vos
 beatos arbitrans ante laudabam. Vere enim
 et ipse fateor, quia sic me vobis humilia pro-
 dicantem in principio dilexistis, ut, si fieri
 posset, emiseris vobis oculos, et mihi, ut om-
 nium vestrum luminibus plus cernerem,
 sedissetis. Et nunc vero, quia ab elementis et
 syllabis et lectione puerili cepi vos ad maiora
 studia provocare, ut libros teneatis in ma-
 nibus, ut plena eruditionis et sensuum verba
 discatis, recalcatratis, irascimini, gravis
 vobis videtur esse perfectio doctrinarum:
 et in tantum in alios mutati estis, ut me,
 quem quasi angelum et Christum suscepera-
 tis, cui volebatis oculos vestros tradere, nunc
 habeatis inimicum, quia vobis plenam
 annuntio veritatem.

si sequens Dominica, ob supervenientem sep-
tuagesimam impediatur, nec 27. Dominica
post Pentecosten locum habeant, in festo
hoc sabdato occurrente de ea fit commemo-
ratis ad matutinas cum antiphona et
oratione ex sequente Dominica, ubi etiam
ad Missam, cum eius Evangelio in fine.

Ad Vesperas.

Duplex.

De Magnif. ant. Aeter alterius onera por-
tate: et sic adimplebitis legem Christi. Gal. 6.

Oratio sac. Greg.

Deus, qui nos in tantis periculis constitu-
 tos, pro humanae tuae fragilitate non posse
 subsistere: da nobis salutem mentis et cor-
 poris; ut ea, quae pro peccatis nostris pati-
 mur, te adiuvante vincamus. Per do-
 minum.

Dominica IV. post Epiphaniam.

Duplex maior. 12. lect.

Omnia dicantur de psalterio.In I. Nocturno.Lectio I.De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. 4.

Nos fratres secundum Isaac promissionis
filii sumus. Sed quomodo tunc is, qui secun-
dum carnem natus fuerat, persequabatur
eum, qui secundum spiritum: ita et nunc.
Sed quid dicit scriptura? Ecce ancillam et
filium eius; non enim heres erit filius
ancille cum filio libero. Itaque fratres,
non sumus ancille filii, sed liberi, qua
libertate Christus nos liberavit.

R. Voluntatem timentium se facie Do-
minus, et deprecationem eorum exaudiet,
et salvos faciet eos: * custodit Dominus
omnes diligentes se. V. Scimus, quia om-
nis, qui natus est ex deo, non peccat, sed
generatio Dei conservat eum. * custodit.
Ps. 144. 1. Joan. 5.

Lectio II. cap. 5.

Stare, et nolite iterum iugo servitutis
contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quo-
niam si circumcidamini, Christus vobis
nihil proderit. Testificor autem rursus
omni homini circumcidenti se, quoniam
debitor est universo legis facienda. Evacua-
ti estis a Christo, qui in lege iustificamini,
a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide,
spem iustitiae expectamus. Nam in Christo
Gesuu neque circumcisio aliquid valet, neque
preputium: sed fides, quo per chari-
tatem operatur.

R. Domine in caelo misericordia tua, et
 veritas tua usque ad nubes: & iustitia tua
 sicut montes Dei, iudicia tua abysus multa.
 V. O altitudo divitiarum sapientiae et scien-
 tia Dei! quam incomprehensibilia sunt
 iudicia eius. & iustitia. Ps. 35. Rom. 11.

Lectio III.

Currebatis bene: quis vos impediit veritati
 non obedire? Persuasio haec non est ex eo, qui
 vocat vos. Modicum fermentum totam
 massam corrumpit. Ego confido in vobis
 in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui
 autem conturbat vos, portabit iudicium, qui-
 cumque est ille. Ego autem fratres si cir-
 cumcisionem adhuc praedico: quid adhuc
 persecutionem patior? Ergo evacuatum est
 scandalum crucis.

R. Exaltabo te Deus meus rex, et benedicam
 nomini tuo in seculum, et in seculum seculi. &
 per singulos dies benedicam tibi. V. Magnifi-
 cabitur Christus in corpore meo, siue per
 vitam siue per mortem. & per singulos. Ps. 144.

Philip. 1.

Lectio IV.

Utinam abscindantur, qui vos conturbant.
 Vos enim in libertatem vocati estis, fratres:
 tantum ne libertatem in occasionem detis
 carnis, sed per charitatem spiritus servite
 invicem. Omnis enim lex in uno sermone
 impletur: diliges proximum tuum sicut
 te ipsum. quod si invicem mordetis et come-
 ditis, videte ne ab invicem consumamini.

R. Qui diligitis Dominum, odite malum: &
 custodit Dominus animas sanctorum suo-
 rum. V. Dilectio sine simulatione;
 odientes malum, adherentes bono. & custo-
 dit. & gloria. & custodit. Ps. 96. Rom. 12.

In II. nocturno.Lectio V.

De expositione sancti Augustini episcopi
in epistolam ad galatas.

Omnis lex in uno sermone impleta est,
in eo quod diliges proximum tuum tanquam
te ipsum. Omnem ergo legem nunc dicit
ex his operibus, quo ad bonos mores perti-
nent. quia et illa, que sunt in sacramentis,
cum bene a liberis intelliguntur, nec car-
naliter observantur a servis, ad illa duo
precepta referantur necepe est, dilectio-
nis Dei et proximi. Quapropter istos iaban-
tes se de operibus legis ita refellit apostolus,
dum ostendit opera vetusta sacramentorum
umbras futurorum fuisse, quas jam ad-
ventu Domino libero heredi necessarias non
esse monstravit: opera vero ad bonos mores
pertinentia non impleri nisi dilectione,
per quam fides operatur. unde si opera
legis quodam post fidem superflua, quodam
ante fidem nulla sunt; vivat iustus ex fide,
ut etonus grave servitutis abiciat, legi
sarcina Christi vegetatus, et iustitia metas
non transgrediatur, leni iugo charitatis
obtemperans.

R. Gloria buntur in te omnes, qui dili-
gunt nomen tuum Domine: * quoniam
in benedices iusto. V. Diligentibus Deum
omnia cooperantur in bonum, iis qui
secundum propositum vocabuntur sancti.
* quoniam. Ps. 5. Rom. 8.

Lectio VI.

Queri autem potest, cur apostolus et hic
solum commemoravit proximi dilectionem,
qua legem dixit impleri; et ad Romanos

um in eadem questione versaretur? cum
 enim) non nisi in duobus preceptis dilectio-
 nis Dei et proximi perfecta sit charitas,
 cum apostolus in hac et in illa epistola solum
 proximi dilectionem commemorat, nisi quia
 de dilectione Dei possunt mentiri homines,
 quia rariores tentationes eam probant: in
 dilectione autem proximi facilius convincun-
 tur eam non habere, dum inique cum homi-
 nibus agunt! Consequens est autem, ut qui
 ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente Deum
 diligit, diligat et proximum tanquam seipsum,
 quia hoc iubet ille, quem ex toto corde, ex tota
 anima, et ex tota mente diligit.

R. Hoc mandatum habemus a Deo, & ut qui
 diligit Deum, diligat et fratrem suum. V. Testa-
 mentum eternum constituit, et mandavit
 unicuique de proximo suo. & ut. i. Jo. 4. Euli. 17.

Lectio VII.

Nem diligere proximum, id est, omnem homi-
 nem tanquam seipsum, quis potest, nisi Deum
 diligat, cuius precepto et dono dilectionem proxi-
 mi possit implere? Cum ergo utrumque preceptum
 ita sit, ut neutrum sine altero possit teneri,
 etiam unum horum commemorare plerumque
 sufficit, cum agitur de operibus iustitiae: sed
 opportunius illud, de quo quisque facilius con-
 vincitur. Mentiebantur enim quidam di-
 lectionem se Dei habere, et de odio fraternitatem
 non habere convincebantur: De quo iudicare
 in quotidiana vita et moribus facile est.

Qui clauserit viscera sua a fratre suo, quo-
 modo charitas Dei manet in eo? & non diligamus
 verbo, neque lingua, sed opere et veritate. U.
 Vole imitatores Dei, et ambulat in dilectione,
 cui et Christus dicitur nos. & non. i. Jo. 5. Eph. 5.

Lectio VIII.

Si autem mordetis, inquit, et comeditis invicem, videte, ne ab invicem consumamini: hoc enim maxime vitio contentionis et invidentis, perniciose dissulationes inter eos nutriebantur, male de invicem loquendo, et querendo quisque gloriam suam vanamque victoriam: quibus studiis consumitur societas populi, dum in partes dividitur. quomodo autem ista vitare possunt, nisi spiritum ambulent, et concupiscentias carnis non perficiant. Primum enim et magnum munus est spiritus, humilitas et mansuetudo.

R. Cum omni humilitate et mansuetudine & supportate invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. V. Robata coram deo et hominibus concordia fratrum, et amor proximorum. & support. V. gloria. & supportate. Eph. 4. Coli. 25.

In III. nocturno.

Letitio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos, cap. 15.

Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Et enim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: impropria impropertium tibi ceciderunt super me. Quocumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.

R. Laudabis Deum, et gloriaberis in miserationibus illius: & quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se! V. Omnes homines vel saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire & quam. Coli. 14. j. Timi. 2.

Deus autem patientis et solatii del vobis
 diipsum sapere in alterutrum secundum se-
 lum christum: ut unanimes, uno ore hono-
 rificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu
 Christi. Propter quod suscipite invicem sicut
 et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico
 enim Christum Jesum ministrum fuisse
 circumcisionis propter veritatem Dei, ad
 confirmandas promissiones patrum: gentes
 vobis super misericordia honorare Deum,
 sicut scriptum est: propterea confitebor
 tibi in gentibus Domine, et nomini tuo
 cantabo.

¶ Quomodo miseretur pater filiorum, mi-
 serus est Dominus timentibus se: & quoniam
 ipse cognovit figmentum nostrum, recorda-
 us est, quoniam pulvis sumus. V. et non ex
 operibus iustitiae, quo fecimus nos, sed secun-
 dum suam misericordiam salvos nos fecit.
 & quoniam. Ps. 102. Tit. 3.

Lectio XI.

Et iterum dicit: letamini gentes cum plebe
 eius; et iterum: laudate omnes gentes Do-
 minum, et magnificate eum omnes populi.
 Rursus Isaias ait: erit radix Jesse, et qui erit
 et regere gentes, in eum gentes sperabunt.
 Spiritus autem spei repleat vos omni gaudio et
 pacis in credendo, ut abundetis in spe et virtute
 virtutis sancti. Certus sum autem frater
 ei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni
 tis dilectione, repleti omni scientia, ita
 et possitis alterutrum monere.
 Recordatus est Dominus misericordia sua et
 veritatis suae Domini Israel: & viderunt omnes
 termini terre salutare Dei nostri. V. Deus erat

in Christo mundum reconcilians sibi, non
reputans illis delicta ipsorum. * viderunt.

Rf. 97. 2. Cor. 5.

LECTIO XII.

Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte,
tamquam in memoriam vos reducens: propter
gratiam, quae data est mihi a Deo, ut sim
minister Christi Jesu in gentibus, sanctifi-
cans evangelium Dei, ut fiat oblatio gen-
tium accepta, et sanctificata in spiritu
sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu
ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui
eorum, quo per me non efficit Christus in
obedientiam gentium, verbo et factis, in
virtute signorum et prodigiorum, in virtu-
te Spiritus sancti: ita ut ab Iherusalem per
circuitum usque ad Ilyricum repleverim
evangelium Christi.

R. Seraphim clamabant alter ad alterum, *
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sa-
bath: * plena est omnis terra gloria eius.
V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo,
Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi
tres unum sunt. * Sanctus. V. gloria. * plena
est. Ysa. 6. j. Joa. 5.

Proferia IV. A Sabbato in festis 12. lect.

R. 4. Non est sanctus, ut est Dominus, neque
enim est alius extra te, * et non est fortis
sicut Deus noster. V. Signus es Domine Deus
noster, accipere gloriam, et honorem et
virtutem: quia tu creasti omnia. * non est,
V. gloria. * non. j. Reg. 2. apoc. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Matthaeum. cap. 8.

In illo tempore: Ascendente Jesu in naviculam

cauti sunt eum discipuli eius: et ecce motus
 magnus factus est in mari, ita ut navicula
 periretur fluctibus: ipse vero dormiebat.
 Haec perunt ad eum discipuli eius, et suscita-
 verunt eum dicentes: Domine, salva nos,
 perimus. Et dicit eis Jesus: quid timidi estis
 modico fidei? Tunc surgens imperavit ventis
 et mari: et facta est tranquillitas magna.
 Porro homines mirati sunt, dicentes: qualis
 est hic, quia venti et mare obediunt ei?

Ad Bened. ant. Suscitaverunt Jesum discipuli
 dicentes: * Domine salva nos, perimus.
Matth. 8.

Ad Magnif. ant. Surgens Jesus imperavit
 ventis et mari: * et facta est tranquillitas
 magna. Matth. 8.

Teria II.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
 ad galatas. cap. 5. 6.

Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria
 carnis non perficietis. Caro enim concupiscit
 adversus spiritum, spiritus autem adversus
 carnem. Hoc enim sibi adversantur, ut non
 necumque vultis, illa facialis. quod si spi-
 ritu ducimini, non estis sub lege. * manifesta
 sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio,
 immunditia, impudicitia, luxuria, irorum
 eribus, veneficia, inimicitia, contentiones,
 mulationes, ira, rixio, dispersiones, secta,
 vidio, homicidia, ebrietates, comestiones,
 et his similia: quae pro vicino vobis sicut pro-
 xi, quoniam qui talia agunt, regnum
 dei non consequentur. ¶ Fructus autem
 spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia,

benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. & Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorio cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Fratres, etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, eos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans seipsum, ne et tu tentaris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.

Numquam alienis peccatis obiurgandi suscipiendum est negotium, nisi cum internis interrogationibus examinantes nostram conscientiam liquido nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere. quod si convicium, vel minor, et etiam persecutiones eius, quem argueris, laceraverint animum, si adhuc ille per te sanari posse videbitur, nihil respondeas, donec saneris prior: ne forte carnalibus motibus tuis ad nocendum consentias, et exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato, ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quidquidem lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige, et dic quod voles. quod si forte, ut plerumque accidit, dilectione quidem talem suscipis actionem, et ad eam corde dilectionis accedis; sed inter agendum subreperit aliquid, dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis vitio percussando, et ipsi homini faciat infernum.

circumcisio aliquid valet, neque propulium,
sed nova creatura. Et quicumque hanc regu-
lam seculi fuerint, pax super illos, et miseri-
cordia, et super Israel Dei. De cetero nemo
michi molestus sit: ego enim signata Domi-
ni Jesu in corpore me porto. Gratia Domini
nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres.
amen.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Si aliquis videtur esse aliquid, cum nihil sit,
se ipsum seducit. Non enim cum seducunt
laudatores eius sed ipse potius: quia cum
fili sit ipse presentior quam illi, mavult
se in illis quorere, quam in se ipso. Sed quid
dicit apostolus? Opus autem suum probet
unusquisque, et hinc in se ipso tantum gloriam
habeat, et non in altero, id est, in con-
scientia sua: et non in altero, id est, cum cum
alter laudat. Unusquisque enim, inquit, pro-
prium onus portabit. Non ergo laudatores
nostri minuunt onera conscientie nostrae:
atque utinam non etiam accumulent,
cum plerumque, ne illis offeris laus nostra
minuatur, aut obviolatione eos curare negli-
gimus, aut iustanter eis aliquid nostrum
ostentamus potius, quam constanter offendimus.
Omitto ea, que fingunt et mentiuntur de
se homines propter hominum laudes quod
enim ista caecitate tenebrosius, ad obtinendam
inanisimam gloriam errorem hominis
auarari, et Deum testem in corde contem-
nere? quasi vero ullo modo comparandus
sit error illius, qui se bonum putat, errori
tuo, qui homini de falso bono placere studet,
de vero malo displicet Deo.

Feria IV.Lectio 1.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Ephesios. cap. i.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. * Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua ratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. g. Secundum divitias gratiae eius, quae superabundavit in nobis, in omni sapientia et prudentia, et notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae secundum beneplacitum eius, in quo proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quo in caelis est, et quo in terra inter in ipso. * In quo etiam et nos sorte vocati sumus, predestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae: * Si in eadem gloria eius nos, qui ante speravimus in Christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestrae, in quo et credentes

Signati estis Spiritu promissionis sancto,
qui est pignus hereditatis nostrae, in redemp-
tionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius.

Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii episcopi.

epist. 76. ad Irenaeum.

Proposisti, ut summam epistolae, quae ad Ephesios scripta est, inculcaremus tibi, quo obscurior videtur, nisi eius distinctiones colligas, quibus persuadendum putavit apostolus, de Dei regno nobis non desperandum. Proposuit itaque primum, quod bonis maximum solet esse ad studia virtutis incitamentum, promissionum spem, et promissionum caelestium hereditatem, quae in passione Christi et resurrectione adpropinquaverint. Deinde subiecit non solum in paradysum reditum nobis reformatum esse per Christum; sed etiam caelestis solius honorem per consortium Christi corporis carni huic esse imperitum: ut de ascendendi possibilitate iam non dubites, qui consortia tua in carne Christi regno caelesti adherere cognoscas, per sanguinem eius reconciliationem factam omnium, quae vel in terra vel in caelo sunt: qui ideo descendit, ut impleret omnia, per eius apostolos, Prophetas, sacerdotes, consummationem universorum, et congregationem gentium: finem autem spei nostrae charitatem ipsius, ut augeamur in ipso per omnia: quia ipse est caput universorum, ad quem omnes secundum mensuram operationis in unum corpus edificatione charitatis aedificamus.

Si hodie occurrat dies 2. Februarii,

Lectio I. iungitur cum illa diei quarta,
missa tunc precedente expositione: quod
item observandum si hodie sit Mercuria Februarii.

Feria V.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 1. 2.

Propterea et ego audiens fidem vestram, quo
est in Domino Iesu, et dilectionem in omnes
sanctos, non cesso gratias agere pro vobis,
memoriam vestri faciens in orationibus
meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi
pater glorio det vobis spiritum sapientie
et revelationis in agnitione eius, illuminatos
oculos cordis vestri, ut sciatis, quo sit spes
vocationis eius, et quo Divino glorio
hereditatis eius in sanctis. * Et quo sit
supereminens magnitudo virtutis eius in
ros, qui credimus secundum operationem
potentie virtutis eius, quam operatus est
in Christo, suscitans illum a mortuis, et
constituens ad dexteram suam in caelestibus,
supra omnem principatum, et potestatem,
virtutem, et dominationem, et omne
nomen, quod nominatur non solum in hoc
seculo, sed etiam in futuro. 9. Et omnia
subiecit sub pedibus eius: et ipsum dedit caput
supra omnem Ecclesiam, quo est corpus ipsius,
et plenitudo eius, qui omnia in omnibus
dimpletur. Et vos, cum estis mortui delictis
et peccatis vestris, in quibus aliquando
ambulastis secundum seculum mundi
huius, secundum principem potestatis
eius huius, spiritus qui nunc operatur
in filios diffidentio: in quibus et nos
omnes aliquando conversati sumus in

Desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem
carnis et cogitationum, et eramus natura
filii irae, sicut et ceteri. Deus autem, qui
dives est in misericordia, propter nimiam
charitatem suam, qua dilexit nos, et cum
essemus mortui peccatis, convivificavit nos
in Christo, cuius gratia estis salvati, et
conresuscitavit, et confedere fecit in caelestibus
in Christo Iesu: ut ostenderet in saeculis
supervenientibus abundanter divitias
gratiae suae in bonitate super nos in Christo
Iesu.

Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii Episcopi.

l. c.

Nulla epistola tantum benedictionis iniquit
in plebe Dei, quantum ista, in qua non
solum benedictos nos a Deo, sed in omni
benedictione benedictos, et spiritali et in
caelestibus significavit Divino locuples
gratiae testis, et predestinatos nos in
adoptionem filiorum: tum proterea in
plenitudine temporum, cum pacificaretur
omnia in Christo, sorte nos in ipso constitutos;
ut quae legis sunt, implerentur in nobis,
et quae gratiae. Itaque sicut illis sortito oblit
captarum ex hoste terrarum possessio: ita
nobis cecidit sortis gratiae, ut simus possessores Dei,
et ille nobis portio, in quo sunt divitiae
gloriae et hereditatis eius. quis enim dives
nisi solus Deus, qui omnia creavit? sed
multo magis dives misericordia, qui omnes
redemit, et nos secundum carnis naturam
irae filios et commotioni obnoxios multavit
quasi auctor naturae, ut simus filii pacis
et charitatis. quis enim naturam mutare
potest, nisi qui creavit naturam?

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad

Ephesios. cap. 2.

Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex
 vobis; Dei enim donum est: non ex operibus, ut
 ne quis glorietur. Ipse enim sumus factura,
 creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae
 preparavit Deus, ut in illis ambulemus. Propter
 quod memores estote, quod aliquando vos gentes
 in carne, qui dicimini proputium, ab ea, quae
 dicitur circumcisio in carne manufacta. *
 Quia eratis illo in tempore sine Christo, alieni
 et conversatio ne ipsius, et hospites testa mentorum,
 promissionis spem non habentes, et sine Deo in
 hoc mundo. Et tunc autem in Christo Jesu vos, qui
 aliquando eratis longe, facti estis prope in
 sanguine Christi. ¶ Ipse enim est pax nostra,
 qui fecit utraque unum, et medium parietem
 lateris solvens inimicitias in carne sua:
 legem mandatorum decretis evacuans, ut duos
 condat in semetipso in unum novum hominem,
 faciens pacem, et reconciliat ambos, in uno
 corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias
 in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem
 vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope.
 Unionem per ipsum habemus acceptam ambo
 in uno spiritu ad Patrem. * Ergo iam non
 estis hospites et advena, sed estis cives sanctorum
 et domestici Dei, superedificati super fundamentum
 apostolorum et prophetarum, ipse summus
 angularis lapis Christus Jesus: in quo omnis
 aedificatio constructa crescit in templum sanctum
 Domino: in quo et vos coaedificamini in
 habitaculum Dei in spiritu.

Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii Episcopi.

l.c.

Itaque suscitavit (Deus) mortuos, et
vivificatos in Christo, sed et in celestibus
in ipso Domino Jesu. quidem aliud descendens
operatus est Dominus Jesus, nisi ut de capti-
vitate nos in libertatem vindicaret, et illam
captivitatem vinculam perfidie vinculis
sibi captivam faceret, alligantem sapientia
comprehensibus? Ideoque primum repletos
Spiritu sancto posuit in ecclesia apostolos,
Prophetas alios, alios Evangelistas, alios autem
Pastores et Doctores, ut eorum adhortationibus
consummaretur perfectus credentium, et
ministerii fidelis opus cresceret. edificatur
unusquisque edificatione virtutum in
mensuram etatis interioris, quo mensura
perfectior vite immaculate, id est perfecti
viri, accipiens de plenitudine Christi, recipit
gratia plenitudinem.

Sabbatho.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 3.

Huius rei gratia ego Paulus virtus Christi
Jesu pro vobis gentibus, si tamen audistis
Dispensationem gratiae Dei, quae data est mihi
in vobis: quoniam secundum revelationem
notum mihi factum est sacramentum, sicut
supra scripsi in brevi: prout potestis legentes
intelligere prudentiam meam in mysterio
Christi. * quod aliis generationibus non est
agnitum filiis hominum, sicuti nunc reve-
latum est sanctis apostolis eius, et Prophetis
in spiritu, gentesque coheredes et concorporales,
et participes promissionis eius in Christo
Jesu per Evangelium: cuius factus sum
minister, secundum donum gratiae Dei, quae
data est mihi secundum operationem virtutis
eius. ¶. c. Mihi omnium sanctorum minimo

Na est gratia hoc, in gentibus evangelizare
 vestigabiles divitias christi, et illuminare
 omnes, quo sit dispensatio sacramenti agnitionis
 in seculis in Deo, qui omnia creavit. & ut
 innotescat principatibus et potestatibus in
 celestibus per Ecclesiam multiformis sapientia
 Dei, secundum profinitionem seculorum, quam
 habuit in Christo Jesu Domino nostro. In quo
 habemus fiduciam et auxilium in confidentia
 per fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis
 in tribulationibus meis pro vobis: quo est
 gloria vestra.

Lectio II.

De expositione sancti ambrosii episcopi.

L. C.

Quis vir perfectus est, nisi ille, qui absolute
 infantia puerilis ingenii, atque adolescentis
 incerto et lubrico, et immoderato juvenilibus
 calore, in viri perfecti firmitatem successerit, ut
 non facile devii disputatoris alloquio flectatur;
 et qui veritatem non solum in sermone, sed
 etiam in operibus sequatur suis; et edifi-
 cationem charitatis in se suscipiat, ut in
 unitate fidei et agnitionis occurrat, et quasi
 membrum non desit capiti suo, id est, Christo,
 cui est caput omnium. Cuius rei gratia,
 et maturius in nobis edificatio huiusmodi
 rocederet, hortatur nos apostolus aperire
 oculos cordis, elevare ad superiora, agnitionem
 Dei in se querere, veritatem disputare,
 et spondere in corde mandata Dei, deponere
 erroris desideria, de decore occultata: renovari
 et gratiam sacramentorum, temperare
 acundiam, commotionem ante ~~se~~ occasum
 solis relaxare; cavere, ne superiora tua occupet
 diversarius, furem excludere, mendacem
 vertere, exurgere a mortuis, sobrietatem
 numerare, uxorem viro ut Ecclesiam Christo

Debere esse subiectam, virum pro uxore
animam suam offerre, sicut et pro calceia
tradidit Christus. postremo quasi bonum bella-
torem sumere arma Dei ac ~~procedere~~ pro-
tendere semper, non solum aduersus carnem
et sanguinem, sed etiam aduersus spirituales
nequitias, ne a suis emolliri, ab extraneis
capi possit.

Si sequens Dominica ob superuenientem
Septuagesimam impediatur, nec post ben-
dicti 26. Dominica locum habeant, in
festo hoc Sabbato occurrente fiteius commemo-
ratio per antiphonam et orationem de ea,
ut infra. Missa vero, si officium sit de die
infra octavam, dicitur de Dominica, cum
commemoratione octavo: alias de festo,
cum commemoratione Dominica, et eius
Evangelio in fine.

Ad Vesperas.

Duplex.

Ad Magnif. ant. veritatem facientes in cha-
ritate, crescimus in illo per omnia, * qui
est caput Christus. Ephes. 4.

Oratio Sac. gelas.

Familiam tuam, quod sumus Domine, con-
tinua pietate custodi: ut que in sola spe
gratia coelestis innititur: tua semper pro-
tectione muniatur. Per Dominum.

Dominica V. post Epiphaniam.

Duplex maior. jr. lect.

Omnia dicuntur, ut in psalterio.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 5.

Huius rei gratia fletogenua mea ad Patrem

mini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paterni
 s in caelis et in terra nominatur; ut de vobis
 secundum divitias gloriae suae, virtute corrobora-
 ri per spiritum eius in interiora hominum,
 Christum habitare per fidem in cordibus vestris;
 in charitate radicati et fundati, ut possitis
 comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit
 altitudo, et longitudo, et sublimitas, et pro-
 fundum: scire etiam supereminentem chari-
 tatem Christi, ut impleamini in omnem
 lenitudinem Dei.

¶ R. ex Dominica procedente.

Lectio II. cap. 8. 4.

Si autem, qui potens est omnia facere super-
 abundantius, quam petimus, aut intelligimus,
 secundum virtutem, quo operatur in nobis;
 ipsi gloria in ecclesia, et in Christo Jesu in
 omnes generationes saeculi saeculorum. Amen.
 Refecto itaque vos ego vinculis in Domino, ut
 digne ambuletis vocatione, qua vocati estis,
 cum omni humilitate, et mansuetudine,
 cum patientia, supportantes invicem in
 caritate, solliciti servare unitatem spiritus
 in vinculo pacis.

Lectio III.

Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati
 estis in una spe vocationis vestrae. Unus Do-
 minus, una fides, unum baptisma. Unus
 deus, et Pater omnium, qui est super omnes,
 et per omnia, et in omnibus ~~et~~ nobis. Uni-
 usque autem nostrum data est gratia se-
 cundum mensuram donationis Christi. Prop-
 ter quod dicit: ascendens in altum captivam
 vixit captivitatem, dedit dona hominibus.
 Eodem autem ascendit, quid est, nisi quia et
 descendit primum in inferiores partes terrae?
 si descendit, ipse est et qui ascendit super
 omnes caelos, ut impleret omnia.

Lectio IV.

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram et staturam plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

In II. clothiano.

Lectio V.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. ii. in epist. ad Ephes.

Charitatem quam a nobis Paulus, non quamlibet, sed quo nos conglutinet, et efficiat, ut alter in alterum ita nos habeamus, ut divelli non possimus, et quotantum et tam exactam prebeat conjunctionem, quanta est membrorum cum membris. Hoc enim est, quo magna operatur bona. Propterea dicit unum corpus, et consensu, et quod aliorum bonis non inhiemus, et quod simul letemur. Et cum omnia simul per hoc ostendisset, pulchre dicit: et unus spiritus, ostendens, quod ab uno corpore erit unus spiritus, ut ad concordiam veniatur; nempe qui unum acqvisitis fructum, et ex uno fonte potati estis, non debetis dispendere.

Lectio VI.

Sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Hoc est: Deus vos ad eadem vocavit, nihil uni plus tribuit, quam alteri: omnibus ~~fraternaliter~~ immortalitatem, omnibus vitam eternam, omnibus gloriam.

immortalem, omnibus fraternitatem, omnibus donavit hereditatem. Factus est commune omnium caput, omnes simul suscitavit et confedere fecit. qui ergo in spiritualibus habetis tantam honoris aequitatem, unde nam extollimini et superbitis? Quid ergo, unde nam sunt diversa charismata? secundum mensuram doni christi. quo principem locum magis habent inter omnia, ea sunt omnia communia, baptisma, salvum esse per fidem, Deum habere patrem, eiusdem spiritus omnes esse participes.

Lectio VII.

Si huius autem alius plus habet in charismate, ne doleas, quoniam illi plus est laboris: et ab eo, qui quinque auferat talenta, exigebantur quinque; is autem, qui duo accepit, duo tantum attulit, nec minus quam ille habuit. Propterea hic ex eadem causa consolatur auditorem. Ad consummationem sanctorum, inquit, in opus ministerii, in edificationem corporis christi. Cur autem hic quidem plus, ille vero minus accepit? Hoc nihil, inquit, facit, sed res est indifferens. unus quisque enim confert ad edificationem, et per hoc ostendit, quod non ex suis meritis hic quidem plus, ille vero minus accepit. Sed propter alios, ut ipse (Deus) mensus est. Nam alibi quoque dicit: posuit autem mensura, unum quodque eorum sicut ipse voluit.

Lectio VIII.

Hoc autem omnia ab apostolo dicta sunt hortantia ad humilitatem. Quid enim, inquit, si hic aut ille plus accepit? eundem accepit spiritum, qui ex eodem capite emittitur, qui similiter operatur, qui similiter regit, qui comprimitur et coniungitur, et est, cuius magna cura geritur. Ut apostolus est vas omnium corporis opportunif-

simum, ab ipso omnia accipiens: quamobrem tamquam per venas et arterias, per verbum, inquam, facit ad omnes currere vitam aeternam. Propheta praedixit futura, et ipse eadem adstruit: Et ille quidem opera componit, ipse eis vitam suppeditat ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerii. Caritas edificat, et efficit, ut inter se conglutinentur, compingantur et coniungantur, si volumus ergo frui spiritu, qui procedit a capite, alter alteri adhaereamus.

In III. Nothano.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 15.

Sic predicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem; sicut scriptum est: quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent. Propter quod et impediabar plurimum venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cepero, spero, quod praeteriens videam vos, et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fructus fuero.

Lectio X.

Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis: probaverunt enim Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis, et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur

387.

in consummatione, et assigna vero eis
vultum hunc, per vos proficiscar in Hispa-
niam. Scio autem, quoniam veniens ad
vos, in abundantia benedictionis Evangelii
Christi veniam.

Lectio XI.

Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum no-
strum Jesum Christum, et per charitatem
sancti Spiritus, ut adjuvetis me in oratio-
nibus vestris pro me ad Deum, ut liberer ab
infidelibus, qui sunt in Iudaea, et obsequii
mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis:
ut veniam ad vos in gaudio, per voluntatem
Dei, et refrigerer vobiscum. Deus autem
pacis sit cum omnibus vobis. amen.

Lectio XII. cap. 16.

Commendo autem vobis Phœben sororem
nostram, quae est in ministerio ecclesiae, quod
est in Cenchris; ut eam suscipiatis in Domi-
no digne sanctis, et assistatis ei, in quocumque
negotio vestri indigerit: etenim ipsa quoque
adstitit multis et mihi. Salutate Priscam
et Aquilam adiutores meos in Christo Jesu,
qui pro anima mea suas cervices supposue-
runt, quibus non solum ego gratias ago, sed
et cunctae ecclesiae gentium, et domesticam
ecclesiam eorum. Salutate Eponeum di-
lectum mihi, qui est primitivus Asiae in
Christo. Salutate Mariam, quae multum
laboravit in vobis. Salutate Andronicum
et Juniam, cognatos et concaptivos meos,
qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante
se fuerunt in Christo. Salutate Amphia-
num dilectissimum mihi in Domino.

Sequentia sancti Evangelii secun-

Dum Matthaeum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabo-
lam hanc: simile factum est regnum caelo-
rum homini, qui seminavit bonum semen

in agro suo. Cum autem dormirent homines,
 venit inimicus eius, et super seminavit ziza-
 nia in medio tritici, et abiit. Cum autem
 crevisset herba, et fructum fecisset, tunc appa-
 ruerunt et zizania. Accedentes autem serui
 patris familias dixerunt ei: Domine nonne
 bonum semen seminasti in agro tuo? unde
 ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus
 homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: vis,
 imus, et colligimus ea? Et ait: non; ne forte
 colligentes zizania, eradicetis simul cum eis
 et triticium. Simile utraque crescere usque
 ad messem, et in tempore messis dicam messo-
 ribus: colligite primum zizania, et alligale
 ea in fasciculos ad comburendum; triticium
 autem congregate in horreum meum.

Ad Bened. ant. Bonum semen sunt filii
 regni, zizania filii nequam; inimicus
 autem, qui seminavit ea, est diabolus: *
 messis consummatio seculi; messores autem
 angeli sunt. Matth. 13.

Ad Magnif. ant. Mittere filius hominis an-
 gelos suos, et colligent de regno eius omnia
 scandala, et eos, qui faciunt iniquitatem: *
 et mittent eos in caminum ignis. Matth. 13.

Tertia II.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Ephesios. cap. 4.

Veritatem facientes in charitate crescimus
 in illo per omnia, qui est caput christus: ex
 quo totum corpus compactum et connexum
 per omnem iuncturam subministrationis,
 secundum operationem in mensuram
 unius cuiusque membri augmentum cor-
 poris facit in edificationem sui in charitate. *

re igitur dico et testificor in Domino, ut iam
 non ambulatis, sicut et gentes ambulantes in
 vanitate sensus sui, tenebris obscuratum
 abentes intellectum, alienati a vita Dei
 et ignorantiam, quae est in illis propter cecita-
 tem cordis ipsorum; qui desperantes semetipsos
 tradiderunt in perditionem, in operationem
 immunditiae omnis, in avaritiam. *g.* Vos
 utem non ita vidistis Christum, si tamen
 illum audistis, et in ipso edocui estis, sicut est
 veritas in Jesu: deponere vos secundum pristi-
 nam conversationem veterem hominem, qui
 corrumpitur secundum desideria erroris. Re-
 novamini autem spiritu mentis vestrae, et
 induite novum hominem, qui secundum
 Deum creatus est, in iustitia et sanctitate
 veritatis. * Propter quod deponentes men-
 dacium, loqui mini veritatem unusquisque
 uni proximo suo, quoniam sumus in vicem
 membra. Gratiamini, et nolite peccare; sol
 non occidat super iracundiam vestram.
 Nolite locum dare diabolo.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

l. 2. in h. ep.

Nec in sensu renovamur absque spiritu, nec in
 spiritu absque sensu, sed renovamur coniuncte
 spiritu sensus nostri: ut quomodo psallimus
 spiritu psallimus et sensu, oramus spiritu
 amus et sensu; si in spiritu sensus nostri re-
 novemur; ut cum sensus mundus fuerit
 que purgatus, et ab omni macula sordido
 concupiscentiae alienus, tunc ei jungatur et spiritus:
 ita quodam inter se unitatis glutino copulen-
 tur, ut nequaquam simplex spiritus sed
 spiritus sensus esse dicatur. Cum autem renovati
 erimus in spiritu, tunc induemur novum
 hominem, qui secundum Deum creatus est.

Quod quidem aliis verbis id ipsum puto esse,
quod in alio loco dicitur: induite vos Chri-
stum Jesum. Ille quippe est novus homo, quo
universi credentes debemus indui atque
vestiri. Qui igitur conversationem illius
imitari potest, et universas in se exprimere
virtutes: ut sit mansuetus, sicut fuit ille
mansuetus et humilis corde; et ponat ani-
mam suam pro amicis, ut ille pro suis pro-
vibus suis; verberatus non respondeat;
maledictus non remaledicat, sed vincat in
humilitate superbiam; iste indutus est
novum hominem, et dicere cum apostolo
potest: vivo autem iam non ego, vivit vero
in me Christus.

Feria III.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 4. 5.

Qui furabatur, iam non furetur, magis
autem labore et operando manibus suis quod
bonum est, ut habeat, unde tribuat neces-
sitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore
vestro non procedat: sed si quis bonus ad edifica-
tionem fidei, ut det gratiam audientibus. *
Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei,
in quo signati estis in diem redemptionis. Om-
nis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor,
et blasphemia tollatur a vobis, cum omni ma-
litia. Estote autem invicem benigni, mise-
ricordes, donantes invicem, sicut et Deus
in Christo donavit vobis. 9. Estote ergo imi-
tatores Dei sicut filii charissimi, et ambulatores
in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et
tradidit semetipsum pro nobis oblationem
et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornica-
tio autem et omnis immunditia aut avaritia
nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos;
aut turpitudo, aut stultiloquium, et aut

curritas, que ad rem non pertinet: sed
 regis gratiarum actio. * Hoc enim scitote
 intelligentes, quod omnis fornicator, aut
 immundus, aut avarus, quod est idolorum
 servitus, non habet hereditatem in regno
 Christi et Dei. Nemo vos seducat inanis
 verbis: propter hoc enim venit ira Dei in fi-
 dos diffidentia. et nolite ergo effici parti-
 cipes eorum.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

L. C.

Bonus sermo est ad edificationem opportuni-
 timis, datus gratiam audientibus, qui docet
 vitia sequenda, vitia fugienda. Malus,
 qui ad peccata provocat, et pronos magis in-
 tal ad ruinam. Quotiescumque ex sermone
 nostro aliquis proficit, et iuxta opportuni-
 tem loci, temporis et persone edificat
 audientes, bonus de ore nostro sermo procepit.
 Quoties vero loquimur, aut non in tempore,
 ut in opportuno loco, aut non ut convenit
 audientibus, toties sermo malus procedit de
 ore nostro, ad destructionem eorum, qui
 audiunt. Consideremus itaque, quid loqua-
 mur: quia pro omni otioso verbo reddaturi
 sumus rationem in die iudicii: et etiam si
 non ledamus, non tamen edificemus,
 ali verbi nobis luenda sit poena.

Feria IV.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Ephesios. cap. 5.

Etis aliquando tenebre, nunc autem lux in
 vobis: ut filii lucis ambulatis, fructus enim
 lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate:
 et obantes, quid sit beneplacitum Deo. Et nolite
 communicare operibus infructuosis tenebrarum,
 regis autem redarguite: quae enim in occulto

fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. * Omnia autem, quo arguuntur, a lumine manifestantur, omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. g.

Videte itaque fratres, quomodo caute ambulatis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas Dei. * Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobis met ipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo et Patri; subiecti invicem in timore Christi.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

C. D. in h. l.

Quia tempus malum est et redimendum, appetenda ante sapientia est, ut per illam intelligere valeamus, quae sit voluntas Dei. Non enim possumus caute ambulare, nisi prius intellecta voluntate Dei. In omni ergo opere primum considerandum, quid velit Deus: et habito iudicio id postea faciendum, quod illi placere fuerit comprobatum. Loquentes vobis met ipsis in psalmis et hymnis. Quid intersit inter psalmum et hymnum et canticum, in psalterio plenissime discimus. Et tunc autem breviter hymnos esse dicendum, qui fortitudinem et maiestatem prae dicant Dei, et cunctam semper vel beneficia vel facta mirantur. Psalmi autem proprie ad ethicum locum pertinent, ut per organum corporis, quid faciendum et quid vitandum sit noverimus. Et canere

gitur, et psallere, et laudare Dominum magis
 nimo, quam voce debemus. Hoc est, quippe,
 quod dicitur: cantantes et psallentes in cordi-
 bus vestris Domino. Audiant hoc adolescentuli,
 audiant hi, quibus psallendi in ecclesia officium
 si Deo non voce, sed corde cantandum: nec in
 vagatorum modum guttur et fauces dulci
 medicamine colliniendus, ut in ecclesia thea-
 rales moduli audiantur et cantica, sed in
 amore, in opere, in scientia scripturarum.
 Quamvis sit aliquis, ut solent illi appellare,
 velus cantor, si bona opera habuerit, dulcis
 apud Deum cantor est. Sic cantet seruus Christi,
 Anon vox canentis, sed verba placeant, quod
 sequitur: ut spiritus malus, qui erat in daule,
 iudicatur ab his, qui similiter ab eo possidentur,
 Anon introducatur in eos, qui de Dei domo
 venam fecere populorum.

Feria V.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Ephesios. cap. 5. 6.

Mulieres viris suis subdito sint, sicut Domino:
 quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus
 caput est ecclesie: ipse salvator corporis eius.
 Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita et mu-
 lieres viris suis in omnibus. Viri diligite
 uxores vestras, sicut et Christus dilexit eccle-
 siam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam
 sanctificaret, mundans lavacro aquo in
 verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam
 ecclesiam, non habentem maculam aut rugam,
 et aliquid huius modi, sed ut sit sancta et
 immaculata: ita et viri debent diligere
 uxores suas ut corpora sua. * Qui suam
 uxorem diligit, se ipsum diligit. et nemo enim
 unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit
 et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam: quia

membra sumus corporis eius, de carne eius
et de ossibus eius. Propter hoc relinquet
homo patrem et matrem suam, et adhere-
bit uxori suae, et erunt duo in carne una.

9. Sacramentum hoc magnum est, ego
autem dico in Christo et in Ecclesia. Verum-
tamen et vos singuli unusquisque uxorem
suam sicut seipsum diligat: uxor autem
timeat virum suum. Filii obedite paren-
tibus vestris in Domino; hoc enim iustum
est. Honora patrem tuum et matrem tuam,
quod est mandatum primum in promissione:
ut bene sit tibi, et sis longeuus super terram.
Et vos patres nolite ad iracundiam provocare
filios vestros, sed educate illos in disciplina
et correptione Domini. * Servi obedite
Dominis carnalibus cum timore et tremore,
in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:
non ad oculum seruientes quasi hominibus
placenter, sed ut serui Christi, facientes vo-
~~luntatem~~ luntatem Dei ex ~~animo~~ animo, cum
bona voluntate seruientes, sicut Domino
et non hominibus. Scientes, quoniam unus-
quisque, quodcumque fecerit bonum, hoc
recipiet a Domino, siue seruus siue liber. Et
vos Domini eadem facite illis, remittentes
minas, scientes, quia et illorum ~~acceptio~~
et vester Dominus est in caelis, et personarum
acceptio non est apud eum.

Lectio II.

De expositione sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 21. in h. ep.

Quemadmodum quispiam corpus fringens,
primum quidem ponit caput, deinde collum,
deinde pedes: ita etiam beatus Paulus
procedit in sua oratione. Dixit de viro, dixit
de muliere, qui est secundus principatus.
Deinde pergit ad tertium, is autem est filiorum.

um ergo filius suas ipse, que oportebat, tran-
 s ad parentes, et dicit: educa te illos in disci-
 plina et correptione Domini. Vis filium obe-
 dientem? ab initio cum educa in disci-
 plina et admonitione Domini. et existimes
 te supervacaneum, quod ipse divinas litteras
 audiat; nam illi hoc primum audient. honora
 patrem et matrem. Itaque propter te hoc fit.
 non modo non est absurdum (filium) ad artem
 videm mittere, et ad ludum litterarium, et
 pro eo omnia facere; in disciplina autem et
 in admonitione pueros non educare? Propter
 ea nos primi fructus percipimus, audaces,
 temerantes, immorigeros, sordidos, et illi-
 ciales alentes filios. et ergo hoc faciamus,
 ad huc beato pareamus suadenti. Educemus
 eos in disciplina et admonitione Domini.
 omnes eis exemplum, ab ineunte etate
 erantes eos incumbere lectioni scripturarum.

Feria VI.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Ephesios. cap. 6.

Et cetero fratres, confortamini in Domino,
 in potentia virtutis eius. induite vos arma-
 ram Dei, ut possitis stare adversus insidias
 aboli. quoniam non est nobis colluctatio
 adversus carnem et sanguinem, sed adversus prin-
 cipes et potestates, adversus mundi ratores
 nebrarum harum, contra spiritualia
 equitio in caelestibus. * Propterea acci-
 pite armaturam Dei, ut possitis resistere
 in die malo, et in omnibus perfecti stare.
 tate ergo succincti lumbos vestros in veritate,
 induiti loriceam iustitiae, et calceati pedes in
 operatione evangelii pacis; in omnibus
 tumentes scutum fidei, in quo possitis omnia

390.

tela nequissimi ignea costringere. 9. Et
galeam salutis assume, et gladium spiritus,
quod est verbum Dei, per omnem orationem
et obsecrationem orantes omni tempore
in spiritu: et in ipso vigilantes in omni in-
stantia et obsecratione pro omnibus sanctis,
et pro me, ut detur mihi sermo in apertione
oris mei cum fiducia, notum facere myste-
rium evangelii: pro quo legatione fungor
in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet
me, loqui. * Ut autem et vos sciat, quo
circa me sunt, quid agam: omnia vobis
nota faciet Tychicus charissimus frater, et
fidelis minister in Domino: quem misi ad vos
in hoc ipsum, ut cognoscatis quo circa nos
sunt, et consoletur corda vestra. Pax fratri-
bus, et charitas cum fide, a Deo Patre et Domi-
no Jesu Christo. gratia cum omnibus, qui
diligunt Dominum nostrum Jesum Christum
in incorruptione. amen.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 24. in h. ep.

Scutum est fides, quod primum excipit insultus
inimicorum, et arma servat illosa. Si ergo
fides sit recta, et vita recta, arma illosa manent.
Multis autem alibi de fide dispersit, maxime
Scribens ad Hebraeos, et de spe. Credite, inquit,
bonis futuris, et nihil horum sauciabitur.
Nam in adversis et in laboribus spem obiciens
et fidem, illa servabis illosa. Fides est scu-
tum legens eos, qui sine curiosa perquisitione
credunt; sin autem sint sophismata et ratio-
nes, et reprehensiones, non est scutum, sed
nos impedit. Talis sit fides, ut unumquemque
contegat et obumbrat. et sit ergo brevis, ut
nudos sint pedes, aut aliquid aliud, sed sit
scutum iustam habens symmetriam.

multa discipulationes animam urentes,
multa dubitationes, multae questiones, inex-
licabiles. Sed revera fides facit, ut omnia
spont. Si scutum fidei habeas, exstingues
diaboli tela in fide. Invasit te absurda cupiditas,
incensus est in tuis ignis malorum cogitatio-
rum? oppone eis fidem futurorum bonorum,
Ane apparebit quidem sed peribit. Siue ergo
bellum gerant cogitationes, eam opponamus;
siue libidines et cupiditates, ea utamur, siue
labores et erumna, in ea conquiescamus: ea
merito est, quo conservat arma omnia, si eam
non habeamus, illa cito perforabuntur et
cedentur.

Sabbatho.

Lectio I.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Philippenses. cap. I.

Paulus et Timotheus servi Jesu Christi, omnibus
sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum
episcopis et diaconibus: gratia vobis et pax
a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.
Gratias ago Deo meo in omni memoria
vestri semper in cunctis orationibus meis
pro omnibus vobis, cum gaudio deprecati-
onem faciens, super communicatione vestra
in Evangelio Christi a prima die usque nunc.
Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in
vobis opus bonum, perficiet usque in diem
Christi Jesu. Sicut est mihi iustum hoc senti-
re pro omnibus vobis, eo quod habeam vos
in corde, et in vinculis meis, et in defensione
et confirmatione Evangelii, socius gaudii
rei omnes vos esse. ¶ Testis enim mihi est
Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus
Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra
magis ac magis abundet in scientia, et in

omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei: & Scire autem vos volo fratres, quia quo circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni praetorio, et in caeteris omnibus: et plures e fratribus in Domino, confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.
 pref. in h. ep.

Multa et magna de Philippensibus Paulus testatur, coronam suam illos vocans, et multa passus esse dicens. ac in ipso epistole proemio inducit consolationem pro ipsis suis vinculis, ostendens tantum ab esse, ut inde perturbari oporteat: ut gaudendum potius sit. Deinde consilium illis dat, ut concordiam atque humilitatem colant, hoc illis tutissimum esse profiduum docens, atque hac ratione facile illos inimicis suis superiores fieri posse. Non enim doctoribus vestris molestum est in vinculis esse, sed discipulos inter se minime concordare esse videre. Illud enim vel ad provehendum Evangelium facit, hoc vero ad disturbandum. Facile autem animadvertere licet, Paulum in scribendo hos potissimum honorifice tractare, nec quidquam usquam interire, quod objurgandi vim habeat. Hoc vero magnum illorum virtutis argumentum est, nullam de ipse doctori occasionem objurgandi, omniaque ad eos non reprehensionis, sed suasionis modo esse scripta. Testimonium autem illis dat non solum fidei et periculorum nomine, sed etiam beneficentia. Hoc igitur et nos intelligentes, ac tot habentes charitatis

multas atque exemplaria, probeamus
diffus dignos huiusmodi exemplis, prompti
parati pro christopati. Etenim hoc tempore
est, qui christianos infelictur et vexet.
qo, ubi nihil aliud, saltem efficacem et
hementem illorum beneficentiam imitemur.

sequens Dominica ob supervenientem septua-
simam impediatur, nec 25. Dominica post
alecosten locum habeant, sicut supra pag.
statuer.

Ad Vesperas.

Duplex.

De Magnif. ant. Idem sapiatis, eandem
caritatem habentes, una nimes: & non quo
ia sunt singuli considerantes, sed ea, quo
aliorum. Philip. 2.

Oratio. Lau. gelas.

Presta quo sumus, omnipotens Deus: ut
emper rationalia meditates, quo tibi
sunt placita, et dictis exequamur et factis.
Per Dominum.

Dominica VI. post Epiphaniam.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia fiunt de psalterio. R. S. ut
supra Dominica IV.

In I. nocturno.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Philippenses. cap. ij.

vidam et propter invidiam et contentionem,
vidam autem et propter bonam voluntatem
christum predicant: quidam ex charitate,
ientes quoniam in defensionem Evangelii
osibus sum. Quidam autem ex contentione
christum annuntiant non sincere, existi-
nantes presuram se suscitare vinculis
eis. Quid enim? dum omni modo sine per

occasionem, si sine per veritatem Christus annuntietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Scio enim, quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi, secundum expectationem aspectum meam, quia in nullo confundar.

Lectio II.

Sed in omni fiducia, sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem: mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. quod si vivere in carne huius mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coardior autem e duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo, et permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum et gaudium fidei: ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.

Lectio III.

Tantum digne Evangelio Christi conversamini, ut siue cum venero et videro vos, siue absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimiter, collaborantes fidei Evangelii: et in nullo terreamini ab adversariis: quo illis est causa perditionis, vobis autem salutis; et hoc a Deo. quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me.

Lectio IV. cap. 2.

Signa ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si quia societas spiritus, si quia viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem

laritatem habentes, unanimis, idiffum-
bentiales, nihil per contentionem, neque
per inanem gloriam, sed in humilitate supe-
riores sibi invicem arbitantes, non quo
sua sunt, singuli considerantes, sed ea, quae
aliorum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Cypriani Episcopi et Martyris.

l. De Zelo et Livore.

Zelare quod bonum videas, et invidere melio-
ribus, leve apud quosdam et modicum crimen
videtur, fratres dilectissimi! Dumque exi-
stimatur leve esse et modicum, non timetur;
dum non timetur, contemnitur; dum contem-
nitur, non facile vitatur, et fit caeca et occulta
perniciosa: quae dum minus perspicitur, ut
caveri a providentibus populi, improvidas
mentes latenter affligit. Quod (malum) si quis
penitus inspicit, inveniet nihil magis Chri-
stiano cavendum, nihil cautius providendum,
quam ne quis invidia et livore capiatur;
ne quis fallentis inimici coctis laqueis im-
plicatus, dum zelo frater in fratris odia
convertitur, gladio suo nescius ipse peri-
natur.

Lectio VI.

Quo nunc considerantes, fratres dilectissimi!
contra tantam mali perniciem vigilantem
et fortiter dicata deo pectora muniamus.
Liorum mors proficiat ad nostram salu-
em, imprudentium poena, providentibus
inferat sanitatem. Non est autem, quod
aliquis existimet, malum istud una specie
et tineri, aut brevibus terminis et angusto
ine concludi. Late patet zeli multiplex
et foecunda perniciosa. Radix est malorum
unium, fons cladum, seminarium de-
lorum, materia culparum. Inde odium

Surgit, animositas inde procedit. avaritiam
 Zelus inflamat, dum quis suo non potest
 esse contentus, videns alterum ditio-
 rem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis
 alium in honoribus auctiorem: zelo exco-
 caute sensus nostros, atque in ditio-
 nem suam mentis arcana redigente, dei timor
 spernitur, magisterium christi negligitur,
 iudicii dies non providetur. Inflata superbia,
 exacerbata sevitia, perfidia prouaricatur,
 impatientia concutit, furit discordia, ira
 feruescit; nec se iam potest cohibere, vel regere,
 qui factus est potestatis alieno.

Lectio VII.

Hinc Dominico pacis vinculum rumpi-
 tur, hinc charitas fraterna violatur, hinc
 adueteratur veritas, unitas scinditur, ad
 haereses atque ad schismata profilitur.
 Qualis vero animo tinea, quo cogitatio-
 num tabes, pectoris quanta rubigo?
 Zelari in altero vel virtutem eius vel fe-
 licitatem, id est, odire in eo vel merita pro-
 pria, vel beneficia diuina; in malum pro-
 prium bona aliena convertere, illustrium
 prosperitate torqueri, aliorum gloriam
 facere suam poenam; veluti quodam pec-
 tori suo ad mouere carnifices, cogitatio-
 nibus et sensibus suis adhibere tortores,
 qui se in testinis cruciatibus lacerant,
 qui cordis secreta maleuolentis unguis
 pulsant: non cibis salibus letis, non potus
 potest esse incandens; suspiratur semper et
 ingemiscitur et doletur: dumque ab inuidis
 nunquam livor exponitur, diebus ac
 noctibus pectus obsepum sine intermis-
 sione laniatur.

Lectio VIII.

Mala cetera habent terminum, at quodcumque

elinquitur, delicti consummatione finitur,
 Zelus terminum non habet, permanens
 ingiter malum et sine fine peccatum, quan-
 toque ille, cui invidetur, sine spe meliore
 profecerit, tanto invidus in maius incendium
 livoris ignibus inardescit. Facilis cura est,
 ubi plaga perspicua est, et cito ad sanitatem
 medela subveniente perducitur vulnus, quod
 videtur. Zeli vulnera obstrusa sunt et
 occulta, nec remedium cura medentis
 admittunt, quo se intra conscientie late-
 bras ceco dolore clauserunt. Quicumque es
 invidus et malignus, videris quam fideis,
 quos odisti, infidiosus, perniciosus, infestus:
 nullius magis, quam tui salutis inimicus
 es. quis quis ille est, quem zelus persequeris,
 subterfugere: ubicumque fueris, adver-
 rius tui secum est, hostis semper in pectore
 tuo est.

In III. et nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Romanos. cap. 16.

Salutate Urbanum adiutorem nostrum
 in Christo Jesu, et Stachyn dilectum meum.
 Salutate Apellen probum in Christo. Salutate
 eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate
 Herodionem cognatum meum. Salutate eos,
 qui sunt ex Charisii domo, qui sunt in Domi-
 no. Salutate Tryphonam et Tryphosam,
 qui laborant in Domino. Salutate Perfi-
 am charissimam, que multum laboravit
 in Domino. Salutate Rufum electum in
 Domino, et matrem eius et meam. Salutate
 Synerium, Phlegontem, Heterman, Patrobam,
 Hermen, et qui cum eis sunt fratres.

Lectio X.

Salutate Philologum et Puliam, Verum

A morem eius, et olympiadem, et quicum
eis sunt, sanctos. Salutate invicem in nomine
sancto. Salutant vos omnes ecclesie Christi.
Rogo autem vos, fratres, observare eos, qui
dispensationes et offendentia preter doctrinam,
quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab
illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro
non serviunt, sed suo ventri: et per dulces ser-
mones et benedictiones seducunt corda inno-
centium. Vestra enim obedientia in omnem
locum divulgata est. Gaudio igitur in vobis.
Sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices
in malo.

Lectio XI.

Deus autem pacis conterat satanam sub pe-
dibus vestris velociter. gratia Domini nostri
Jesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus
adiutor meus, et Lucius et Jason, et Sosipater,
cognati mei. Saluto vos ego tertius, qui
scripsi epistolam, in Domino. Salutat vos
Caius hospes meus, et universa ecclesia. Salu-
tat vos Erastus arcarius civitatis, et Quartus
frater. gratia Domini nostri Jesu Christi
cum omnibus vobis. amen.

Lectio XII.

Ei autem, qui potens est vos confirmare
iuxta Evangelium meum, et predicationem
Jesu Christi, secundum revelationem mysterii
temporibus aeternis taciti, quod nunc pate-
factum est per scripturas prophetarum,
secundum preceptum aeterni Dei, ad obedi-
tionem fidei, in cunctis gentibus cogniti, soli
Sapienti Deo per Jesum Christum, cui honor
et gloria in secula seculorum. amen.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Mattheum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam
hanc: Simile est regnum caelorum grano sinapis,

quod accipiens homo seminavit in agro suo:
 quod minimum quidem est omnibus semi-
 nibus, cum autem creverit, maius est omni-
 bus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres
 caeli veniant, et habitent in ramis eius.
 Aliam parabolam locutus est eis. Simile
 est regnum caelorum fermento, quod accip-
 tum mulier abscondit in farino satistri-
 bus, donec fermentatum est totum. Haec
 omnia locutus est Jesus in parabolis ad tur-
 cas, et sine parabolis non loquebatur eis,
 ut impleretur, quod dictum erat per pro-
 phetam dicentem: aperiā in parabolis
 os meum, et eructabo abscondita a constitu-
 tione mundi.

Ad Bened. ant. Simile est regnum caelorum
 grano sinapis, quod minimum est omnibus
 seminibus: & cum autem creverit, maius
 est omnibus oleribus. Matth. 13.

Ad Magnif. ant. Simile est regnum caelorum
 fermento, quod accipit mulier abscondit
 in farino satistribus, & donec fermenta-
 tum est totum. Matth. 13.

Tertia II.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
 ad Philipenses. cap. 2.

Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu:
 cuius in forma dei esse, non rapinam
 arbitratus est, esse se aequalē deo, sed semet-
 ipsum exinanivit formam servi accipiens,
 in similitudinem hominum factus, et
 habitum invenit ut homo. Humiliavit
 et seipsum factus obediens usque ad mortem,
 mortem autem crucis. Propter quod et Deus
 exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod
 est super omne nomen: ut in nomine Jesu
 omne genua flectatur caelestium, terrestrium,
 et infernorum: et omnis lingua confiteatur,

quia Dominus Iesus Christus in gloria est
 Dei Patris. * Itaque charissimi mei, sicut
 semper obedistis, non ut in presentia mei
 tantum, sed multo magis nunc in absen-
 tia mea, cum metu et tremore vestram
 salutem operamini. Deus est enim, qui
 operatur in vobis et velle et perficere, pro
 bona voluntate. ¶ Omnia autem facite
 sine murmurationibus et hesitationi-
 bus: ut sitis sine querela et simplices
 filii Dei sine reprehensione, in medio
 nationis, prava et perversa, inter quos
 lucetis sicut luminaria in mundo: ver-
 bum vite continentibus ad gloriam meam
 in die Christi, quia non in vacuum cucurri,
 neque in vacuum laboravi. Sed et si
 immolator supra sacrificium et obsequium
 fidei vestre, gaudeo et congratulor omni-
 bus vobis. Quod ipsum autem et vos gaudete,
 et congratulamini mihi. * Spero autem
 in Domino Iesu, Timotheum me cito
 mittere ad vos, ut et ego bono animo sim,
 cognitis quo circa vos sunt. Veni enim
 enim habeo tam unanimem, qui sincera
 affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes
 enim, quos sua sunt, quorum, non quo
 Iesu Christi. Experimentum autem eius
 cognoscite, quia sicut patri filius mecum
 servavit in Evangelio. Hunc igitur spero
 me mittere ad vos, mox ut videro quo circa
 me sunt. Confido autem in Domino, quo-
 niam et ipse veniam ad vos cito.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Serm. 151.

Mirum est, quod predicato Christo crucifixo
 audiunt duo, unus contemnit, alter af-
 cendit. qui contemnit, imputat sibi, qui
 ascendit, non arrogat sibi, audiuit enim a

eraci magistro: nemo venit ad me, nisi
 datum fuerit ei a Patre meo. gaudeat, quia
 datum est: gratias agat danti corde humili,
 non arroganti; ne quod humilis meruit,
 superbus amittat. etiam etiam qui iam
 in ipsa via iusta ambulant, si sibi eam
 tribuerint et viribus suis, pereunt de illa.
 Deo humilitatem nos docens sancta scriptura
 per apostolum dicit: cum timore et tremore
 vestram ipsorum salutem operamini. Et ne
 sibi aliquid inde darent, quia dixit, operamini;
 continuo subiunxit: Deus enim est, qui ope-
 ratum in vobis et velle et operari pro bona
 voluntate. Ideo cum timore et tremore,
 id est cum humilitate. Noli actum sapere,
 sed time. Time ut implearis, noli actum
 sapere, ne siccaris.

Feria III.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad

Philippenses. cap. 2. v.

Acceptarium autem existimavi Epaphrodi-
 tum fratrem, et cooperatorem, et communi-
 tionem meam, vestrum autem apostolum,
 et ministrum necessitatis meae, mittere ad
 vos: quoniam quidem omnes vos desidera-
 bat, et moestus erat, propterea quod audieratis
 illum infirmatum. etiam et infirmatus
 est usque ad mortem: sed Deus misericors est
 eius; non solum autem eius, verum etiam et
 mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. &
 Testinantius ergo misi illum, ut viso co-
 lerum gaudeatis, et ego sine tristitia sim.
 recipite itaque illum cum omni gaudio in
 domino, et eius modi cum honore habete.
 quoniam propter opus Christi usque ad
 mortem accepit, et adens animam suam,
 et implere vidit, quod ex vobis decrat erga
 eum obsequium. De cetero fratres mei
 quae in domino. Eadem vobis scribere

mihi quidem non pigrum, vobis autem ne-
cessarium. Videte canes, videte malos opera-
rios, videte concisionem. Nos enim sumus
circumcisio, qui spiritu servimus Deo, et
gloriamur in Christo Iesu, et non in carne
fiduciam habentes: quamquam ego habeam
confidentiam et in carne. * Si qui alius
videatur confidere in carne, ego magis circum-
cisus octavo die, ex genere Israel de tribu
Beniamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum
legem Phariseus, secundum emulationem
persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam,
quo in lege est, conversatus sine querela.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini
Episcopi. Serm. 169.

Quisquis suis viribus legem implere se posse
putaverit, et fecerit, quod lex iubet, non aman-
do iustitiam, sed timendo poenam, fuit quidem
secundum iustitiam, quo ex lege est, homo
sine querela. Non furatur, non concupiscit
rem proximi sui: potest hoc, potest fortassis;
unde? timore poene. quamquam qui timo-
re poene non concupiscit, puto, quia concu-
piscit. Terrore ingentiarum armorum atque
telorum, et circumstantibus forsitan multi-
tudinibus vel obviam euntibus, etiam leo
revocatur a proda: et tam leo venit, leo
redit, prodam non rapuit, non malitiam
posuit. Si talis es, adhuc iustitia est, qua
iustitia tibi consulis, ne torquearis. quid
magnum est, poenam timere? quis eam
non timet? quis latro, quis sceleratus,
quis nefarius? Sed hoc interest inter ti-
morem tuum, timoremque latronis,
quod latro timet leges hominum, etideo
facit latrocinium, quia sperat se fallere
leges hominum: tu autem leges eius
times, eius poenam times, quem fallere

non potes. etiam si fallere posses, quid non fecisses?
ergo et concupiscentiam tuam malam non amor
colit, sed timor premit. ad ovile venit lupo, la-
ralu canum et clamore pastorum ab ovili rever-
tus est lupo: ipse tamen semper est lupo. In
viam veritatis.

Teria IV.

Leitio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Philippenses. cap. 2.

Quo mihi fuerunt lucra, hoc arbitratus sum
propter Christum detrimenta. Verum tamen
celestis omnia detrimentum esse propter emi-
nentem scientiam Jesu Christi homini: propter
quem omnia detrimentum feci, et arbitror
ultra, ut Christum lucrificiam, et inoe-
niam in illo non habens meam justitiam, que
ex lege est, sed illam, que ex fide est Christi Jesu:
que ex Deo est. Injustitia in fide. & Ad cognoscendum
illum, et virtutem resurrectionis eius, et socie-
tatem passionum illius, configuratus morti
eius: si quo modo occurram ad resurrectionem,
que est ex mortuis. Non quod jam acciperim,
aut jam perfectus sim: sequor autem si quo modo
comprehendam, in quo et comprehensus sum
a Christo Jesu. 9. Fratres, ego me non arbitror
comprehendisse. Unum autem, que quidem
retro sunt obliviscens, ad ea vero, que sunt prio-
ra, extendens me ipsum, ad destinatum perse-
quor ad braviu[m] superno[rum] vocationis Dei in
Christo Jesu. quicumque ergo perfectissimus,
hoc sentiamus, et si quid acriter sapitis, et hoc
vobis Deus revelabit. Verum tamen ad quod
peruenimus, ut idem sapiamus, et in eadem
sermone[m] maneamus regula. & Imitatores mei
stote fratres, et observate eos, qui ita ambu-
ant, sicut habetis formam nostram. Multi-
nim ambulans, quos soepe dicebam vobis,
nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi:
eorum finis interitus, quorum Deus venter

est, et gloria in confusione ipsorum: qui terrena sapiunt.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

l.c.

Adhuc sequor, adhuc proficior, adhuc ambulo, adhuc in via sum, adhuc me extendo, nondum perveni. Ergo si et tu ambulas, si te extendis, si ea quae ventura sunt cogitas, obliviscere praeterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas, ubi respexeris. Videtis, quia viatores sumus. Dicitis, quid est ambulare? Brevisiter dico, proficere; ne forte non intelligatis, et pigrius ambuletis. Proficite fratres mei, discedite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus veum, cui erubescas et iactes te. Est tibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba et te ipsum tu ipse. Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id, quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris: sufficiat; et peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice: noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retro vadit, qui ad ea revolvitur, unde jam absciperat; deviat, qui apostat. Melius est claudus in via, quam cursor praeter viam.

Feria V.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Philippenses. cap. 3. 11.

Nostra conversatio in caelis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configurationem corpori claritatis suae, secundum operationem, qua etiam populo subiecit sibi omnia. Et haec fratres mei charissimi, et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, si stete in Domino charissimi! Eo etiam rogo, et Synagogen deprecor, ut ipsum sapere in Domino. Etiam

rogo et te Germane compar, adiuvam illas, quo
 mecum laboraverunt in Evangelio cum Cle-
 mente et ceteris adiutoribus meis, quorum
 nomina sunt in libro isto. **9.** Gaudete in
 Domino semper, iterum dico gaudete. Modestia
 vestra nota sit omnibus hominibus, Domi-
 nus prope est. Dilite solliciti sitis, sed in omni
 oratione et obsecratione, cum gratiarum actio-
 ne, petitiones vestre innotescant apud Deum.
 Et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, cu-
 stodiat corda vestra, et intelligentias vestras in
 Christo Jesu. **x** De cetero, fratres, quaecumque
 sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque
 iusta, quaecumque sancta, quaecumque ama-
 bilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus,
 si qua laus disciplinae, haec cogitate, quae
 et didicistis, et audivistis, et audistis, et vidistis
 in me, haec agite, et Deus pax erit vobiscum.

Leitio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

serm. lxxi.

Gaudere nos apostolus praecipit, sed in Domi-
 no, non in saeculo. Quid est hoc saeculum, et quod
 est gaudium saeculi? Dico, fratres, breviter quan-
 tum possum, quantum Deus adiuvat, festi-
 nanter, breviter dico, saeculi letitia est impu-
 nita nequitia. luxuriantur homines, for-
 nicantur, in spectaculis nugantur, ebriosi-
 tate iniquigantur, turpitudine sedentur,
 nihil mali patientur: et videte saeculi gau-
 dium. Sed non cogitat Deus sicut homo: alia
 est cogitatio Dei cogitatio, alia hominis.
 Magna misericordia est, nequitiam impunitam
 non relinquere: et ne cogatur in extremo
 gehennae damnare, modo flagello dignatur
 castigare. Bonum est nobis, ut subveniat casti-
 gando. Et tamen si facta generis humani, non
 reveremus, quid patientur? non secundum
 peccata nostra facit nobis. Felices enim sumus.
 Unde hoc probamus? Non huius est pro nobis

Unicus, ne remaneret unus. Voluit esse
 unus, qui mortuus est unus. Multos enim
 filios Dei fecit unus filius Dei. Emit sibi
 fratres sanguine suo, probavit reprobus,
 redemit venditus, honoravit iniuriatus, vi-
 vificat occisus. Dubitas, quod dabit tibi bona
 sua, qui non dedignatus est suscipere mala
 tua? Ergo, fratres, gaudete in Domino, non
 in seculo, id est, gaudete in veritate, non in
 iniquitate, gaudete in spe eternitatis, non
 in flore vanitatis. Ita gaudete: et ubicumque
 est, quamdiucumque hic fueritis, Dominus in
 proximo est, nihil solliciti fueritis.

Feria VI.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
 Philippenses. cap. 4.

Gavisus sum in Domino vehementer, quo-
 niam tandem aliquando restitistis pro
 me sentire, sicut et sentiebatis: occupati
 autem eratis. Non quasi propter penuriam
 dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens
 esse. Scio et humiliari, scio et abundare: ubique
 et in omnibus institutus sum: et satiari,
 et esurire, et abundare, et penuriam pati.
 Omnia possum in eo, qui me confortat. *
 Verumtamen benefecistis communican-
 tes tribulationi mee. Scitis autem et vos
 Philippenses, quod in principio euangelii,
 quando profectus sum a Macedonia, nulla
 mihi ecclesia communicavit in ratione dati
 et accepti, nisi vos soli: quia et Thesaloni-
 cam semel et bis in usum mihi misistis:
 non quia quoro datum, sed requiro fructum
 abundantem in ratione vestra. g. Habeo
 autem omnia et abundo, repletus sum
 acceptis ab Epaphrodito, que misistis, odorem
 suavitatis, hostiam acceptam, placentem
 Deo. Deus autem meus impleat omne desi-
 derium vestrum, secundum divitias suas,

in gloria in christo jesu. Deo autem et patri
nostro gloria in secula seculorum. amen. *
Salutate omnem sanctum in christo jesu.
salutant vos omnes sancti, maxime qui de
caesaris domo sunt. gratia Domini nostri
jesu christi cum spiritu vestro. amen.

Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi
l. de bono vid.

J. VI. p. 384.

Non audiendi sunt viri sancti, quando repre-
hensa in aliquo negligentia sua, per quam
sibi, ut in malam veniant suspensionem, unde
suam vitam longe a sepe sciunt, dicunt,
sibi coram Deo sufficere conscientiam, exi-
stimationem hominum non imprudenter
solum, verum etiam crudeliter contem-
nentes; cum occidunt animas aliorum,
sive blasphemantur viam Dei, quibus se-
cundum suam suspensionem quasi turpis, quo
casta est, displicet vita sanctorum; sive etiam
cum excusatione imitantium non quod vi-
dent, sed quod putant. Proinde quisquis a
criminibus flagitiorum atque facinorum
vitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis
autem etiam famam, et in alios misericors
est. Nobis enim necessaria est vita nostra,
aliis fama nostra. unde non frustra apo-
stolus: De cetero, fratres, quaecumque sunt
vera, quaecumque sancta, quaecumque iusta,
quaecumque casta, quaecumque charissima,
quaecumque bono famo, si qua virtus, si
qua laus, hoc cogitate. Cernis, quem ad-
modum inter multa, quo exhortando
commonuit, non neglexerit ponere: quo-
cumque bono famo; duobus, que verbis cum la
concluserit, ubi ait: si qua virtus, si qua
laus. ad virtutem namque pertinet, quo
antea memoravit bona: fama vero ad laudem.
Pulso, quod non laudem hominum pro mag-
no sumebat apostolus: sed illorum duorum,
id est, bono vite et bono famo, vel quod

brevius dicitur, virtutis et laudis, unum
propter se ipsum sapientissime retinebat,
alterum propter alios misericordissime
providebat.

Sabbatho.

Lat. I.

Epistola beati Pauli apostoli ad
Philemonem.

Paulus vinculus Christi Jesu, et Timotheus
frater: Philemoni dilecto et adiutori
nostro, et Appie sorori charissimo, et
Archippo commilitoni nostro, et ecclesie,
quo in domo tua est. Gratia vobis et pax
a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.
Gratias ago Deo meo, semper memoriam
tui faciens in orationibus meis, audiens
charitatem tuam et fidem, quam habes
in Domino Jesu, et in omnes sanctos: ut
communicatio fidei tue evidens fiat in
agitione omnis operis boni, quod est in
vobis in Christo Jesu. & Gaudium enim
magnum habui et consolationem in cha-
ritate tua, quia viscera sanctorum requie-
verunt per te, frater. Propter quod multam
fiduciam habens in Christo Jesu imperandi
tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem
magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex,
nunc autem et vinculus Jesu Christi: obsecro
te pro meo filio, quem genui in vinculis,
Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit,
nunc autem et mihi et tibi utilis, quem re-
misi tibi. Tu autem illum ut mea viscera
suscipe: quem ego volueram mecum deti-
nere, ut pro te mihi ministraret in vinculis
Evangelii. ¶ Sine consilio autem tuo
nihil volui facere, uti ne velut ex neces-
sitate bonum tuum esset, sed voluntarium.
Forfitan enim ideo discepit ad horam a te,
ut aeternum illum reciperes, iam non ut
seruum, sed pro seruo charissimum fratrem,

maxime mihi, quanto autem magis tibi,
 et in carne, et in Domino? Si ergo habes me
 socium, suscipe illum sicut me. Si autem
 aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi im-
 puta. Ego Paulus scripsi mea manu, ego
 reddam, ut non dicam tibi, quod et te ipsum
 mihi debet. & Gloria frater! ego te servar in
 Domino, refice viscera mea in Domino.
 Confidens in obedientia tua scripsi tibi sciens
 peccat quoniam et super id, quod dico facies.
 Simul autem et para mihi hospitium: nam
 spero per orationes vestras donari me vobis.
 Salutate Epaphras concaptivus meus in Chri-
 sto, Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas ad-
 iutores mei. Gratia Domini nostri Jesu Christi
 cum spiritu vestro. amen.

Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

Prop. in h. ep.

Quod haec epistola circa res necessarias misra
 fuerit, ediscere nos utile erit. Vite igitur,
 quanta hinc bona proveniant. Primo enim
 hic docemur in omnibus studiose agere. Si
 enim Paulus pro fugitivo, pro latrone ob-
 scure tantam gerit curam, nec recusatum
 tot laudibus ipsum mittere, nihilque vere-
 tur; multo magis nos debemus circa res
 huius modi non esse negligentes. Secundo,
 quod sero vile genus desperare non debeat,
 etiamsi ad extremum nequitiae devenerit.
 Nam si fur et fugitivus tanta fuerit virilute
 proditus, ut illum Paulus voluerit habere
 socium; multo magis liberos desperare non
 oportet. Tertio, quod servi non debeant huius
 huius auferri. Si enim Paulus, qui ita Phi-
 lemoni confidebat, Onesimum sibi ita
 commodum et utilem ad ministerium,
 hinc heri consensu noluit retinere; multo
 magis nos id facere non oportet. Alias enim

mueli in necessitatem induentur blas-
phemandi ac dicendi, christianismum ad
omnium everfionem inductum fuisse, cum
servi heris suis auferantur, et violentiam
inferri.

Ad I. Vesperas Septuagesimo.

Antiphona De Gaudio.

Lectio Sap. g.

Tecum Domine Sapientia tua, quo novit
opera tua: quo et ad fuit tunc cum orbem
terrarum faceres, et sciebat, quid esset placi-
tum oculis tuis, et quid directum in preceptis
tuis.

R. G. Quam magnificata sunt & opera
tua Domine:

V. Omnia in sapientia fecisti. Ps. 103.

Hymnus Paris.

I. Te cetera, mundi Conditor,

Unum mane semper quies: *

Festiva coelestes choros

Temper decens proconia.

II. Nos sanabile perditia,

Pœnalis expectat labor: *

Hymnos dulces patrie

Mœstli canamus exules?

III. Qui te piis placabilem

Spondes futurum fletibus: *

Da flere longa tristitia

Captivitatis vincula.

IV. Verum salubrem temperet

Spe nixa maerorem fides: *

Tu mox quieti nos tuo,

Latiisque recides canibus.

V. Sit summa Patri gloria,

Eiusque soli Filio: *

Santo simul cum Spiritu

Atque, et per omne seculum. amen.

V. Priusquam montes fierent, aut formare-
tur terra et orbis:

R. A seculo et usque in seculum tu es Deus. Ps. 89.

Ad Magnif. ant. Dominus Deus noster
fecit terram in fortitudine sua, prepara-
vit orbem in sapientia sua, et prudentia
sua extendit caelos. Jer. 51.

Oratio Sca. greg.

Preces populi tui, quosumus Domine,
clementer exaudi: ut qui iuste pro pecca-
tis nostris affligimur; pro tui nominis
gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

V. Benedicamus Domino, alleluia, alleluia.

R. Te gratias, alleluia, alleluia.

Princeps non amplius dicitur alleluia,
usque ad vesperras Sabbati sancti exclusivè;
secundis loco dicitur Laus tibi Domine
Ree aeterno gloria.

Ad Vigiliam octavas.

In vit. Deum, qui fecit caelum et terram, &
venite adoremus. Ps. 113.

Hymnus Paris.

- I. Rebus creatis nil egeras
Temet beatus: & nunc tuo
Prodis ab ariano Deus,
Mundoque das primordia.
- II. Tu cuncta, que non sunt, vocas,
Et illa se sistunt tibi: &
Miroque concentu, suo
Dant Conditori gloriam.
- III. At mundus e sinu tuo
Dum prodit aspectabilis: &
Augustiorem cogitas
Mundum Creator aetherum.
- IV. Illum Redemptor artifex
Cordel suis virtutibus: &
Sparsoque terris omnibus
Verbi potentis semine.
- V. Illum peractis seculis
Caelo locabil: & ethroni
Mensoque consortem suo
Deo redonabil Patri.

VI. Utique mundo qui pro es;
 Utumque conserva Pater: x
 Utumque Fili dirige,
 Utumque Flamen conserva. Amen.

Antiphona et versus Saturnorum de Psalterio.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber genesis. cap. i.

In principio creavit Deus coelum et terram:
 terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae
 erant super faciem abyssi; et Spiritus Dei fere-
 batur super aquas. Dixitque Deus: fiat lux,
 et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset
 bona: et divisit lucem a tenebris, appellavitque
 lucem diem, et tenebras noctem. Factumque
 est vespere et mane dies unus. Dixit quoque Deus:
 fiat firmamentum in medio aquarum, et
 dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamen-
 tum, divisitque aquas, quae erant sub firma-
 mento ab his, quae erant super firmamen-
 tum coelum; et factum est vespere et mane dies
 secundus.

Ps. Domine Deus virtutum quis similis tibi? x
 tui sunt caeli et tua est ~~terra~~ terra, orbem terrae
 et plenitudinem eius tu fundasti. V. Di qui
 caelos et terram non fecerunt, pereant de
 terra; et de his, quae sub caelo sunt. x hui. Ps. 58. Jer. 10.

Lectio II.

Dixit vero Deus: congregentur aquae, quae sub
 caelo sunt, in locum unum, et appareat arid-
 da. Et factum est ita: et vocavit Deus aridam,
 Terram, congregationesque aquarum appel-
 lavit Maria. Et vidit Deus, quod esset bonum.
 Et ait: germinet terra herbam virentem et
 facientem semen, et lignum pomiferum
 faciens fructum, iuxta genus suum, cuius
 semen in semetipso sit super terram. Et factum
 est ita. Et protulit terra herbam virentem
 et facientem semen iuxta genus suum, lig-
 numque faciens fructum, et habens

unum quodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus, quod esset bonum. Et factum est vespere et mane dies tertius. Dixit autem Deus: fiant luminaria in firmamento coeli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies, et annos: ut luceant in firmamento coeli, et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut pro esset diei; et luminare minus, ut pro esset nocti; et stellas. Et posuit eas in firmamento coeli, ut lucerent super terram, et pro essent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus, quod esset bonum. Et factum est vespere et mane dies quartus.

R. Magnus est Dominus, et Deus noster pro omnibus diebus. * omnia, quaecumque voluit Dominus, fecit in caelo, in terra, in mari, et in omnibus abyssis. V. Fecit luminaria magna, solem in potestatem diei; lunam et stellas in potestatem noctis. * omnia. Ps. 134.

135.

Lectio III.

Dixit autem Deus: producantur aquae reptile animae viventes, et volatile super terram sub firmamento coeli. Creavitque Deus cetera grandia, et omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquae in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus, quod esset bonum. Benedixitque eis dicens: crescite et multiplicamini, et replete aquas maris: avesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane dies quintus. Dixit quoque Deus: producat terra animam viventem in genere suo, iumenta et reptilia, et bestias terre secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terro in sua species suas, et iumenta, et omne reptile terro in genere suo. Et vidit Deus, quod esset bonum. Et ait: faciamus hominem ad imaginem

et similitudinem nostram, et presit piscibus maris, et volatilibus caeli, et bestis, unive-
rsaque terro, omnique reptili, quod movetur
in terra.

R. Constituisti eum super opera manuum
tuarum Domine: * omnia subiecisti sub pedibus
eius, oves et boves universas, in super et pecora
campi. V. Quid est homo, quod memor es eius?
aut filius hominis, quoniam visitas eum?
* omnia. Ps. 8.

Lectio IV.

Et creavit Deus hominem ad imaginem suam;
ad imaginem Dei creavit illum, masculum
et feminam creavit eos. Benedixitque illis
Deus, et ait: crescite et multiplicamini, et re-
plete terram, et subicite eam, et dominamini
piscibus maris et volatilibus caeli, et universis
animantibus, quae moventur super terram.
Dixitque Deus: ecce dedi vobis omnem herbam
afferentem semen super terram, et universa
ligna, quae habent in semetipso sementem
generis sui, ut sint vobis in escam, et cunctis
animantibus terro, omnique volucri caeli,
et universis quae moventur in terra, et in
quibus est anima vivens, ut habeant ad ves-
cendum. Et factum est ita. Viditque Deus
cuncta quae fecerat, et erant valde bona. Et
factum est vespere et mane dies sextus.

R. Deus creavit de terra hominem, et secundum
imaginem suam fecit illum: * et dedit illi
potestatem eorum, quae sunt super terram.
V. Popul timorem illius super omnem car-
nem, et dominatus est bestiarum et volati-
lium. * et dedit. V. gloria. F. dedit. Lali. 17.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro imperfecto sancti Augustini
Episcopi De genesi ad litteram.

De obscuris naturalium rerum, quae omni-
 potente Deo artifice facta sentimus, non affir-
 mando, sed querendo tractandum est, in libris
 maxime, quos nobis Divina commendata auctori-
 tas, in quibus temeritas aperendo incerta dubiaque
 opinionis difficile sacrilegii crimen evitat: ea
 tamen querendi dubitatio catholice fidei metas
 non debet excedere. Et quoniam multi heretici
 ad suam sententiam, quo proter fidem est catho-
 licis disciplinam, expositionem scripturarum
 Divinarum trahere consueverunt; ante trac-
 tationem huius libri catholica fides breviter
 explicanda est.

R. Omnia opera Domini bona, et omne opus
 hora sua ministrabit: et omnia enim ⁱⁿ tempore
 suo comprobabuntur. V. vidit Deus cuncta
 quae fecerat, et erant valde bona. et omnia.
 Caeli. 39. Gen. 1.

Lectio VI.

Est autem hoc: Deum Patrem omnipotentem
 universam creaturam fecisse atque consti-
 tuisse per Filium suum unigenitum, id est,
 Sapientiam et virtutem suam consubstan-
 tialem sibi et coeternam, in unitate Spiritus
 sancti et ipsius consubstantialis et coeterni.
 Hanc ergo Trinitatem Divi unum Deum, eumque
 fecisse et creare omnia quae sunt, in quantum
 sunt, catholica disciplina credi iubet: ita ut
 creatura omnis sive intellectualis sive corpo-
 ralis, sive, quod brevius dici potest secundum
 verba Divinarum scripturarum, sive invisibilis
 sive visibilis, non de Dei natura, sed a Deo facta
 de nihilo: nihilque in ea esse, quod ad Trinita-
 tem pertineat, nisi quod Trinitas condidit,
 ipsa condita est. Quapropter creaturam univer-
 sam neque consubstantialem Deo, neque coe-
 ternam fas est dicere aut credere.

R. Verbo Domini caeli firmati sunt. et coelestis

Spiritu oris eius omnis virtus eorum. *¶* Omnia
per Verbum facta sunt, et sine ipso factum est
nihil, quod factum est. * *et spir. Gf. 32. Joan. j.*

Lectio VII.

Epe autem omnia, quae fecit Deus, bona valde;
mala vero non epe naturalia, sed omne quod
dicitur malum, aut peccatum epe, aut penam
peccati. Nec epe peccatum nisi primum libero
voluntatis assensum, dum inclinamur ad ea,
quae iustitia vetat, et unde liberum est abstinere.
id est, non in rebus istis, sed in usu earum non
legitimo. Usus autem rerum est legitimus, ut
anima in lege Dei maneat, et uni Deo plenissi-
ma dilectione subiecta sit, et cetera sibi subiecta
sine cupiditate aut libidine ministret, id est,
secundum preceptum Dei. Ita enim sine dif-
ficultate et miseria, et cum summa facilitate
et beatitudine administrabit. Pena vero peccati
est, cum ipsis creaturis non sibi servientibus cru-
ciatur anima, cum Deo ipsa non servit: quae crea-
tura illi obtemperabat, cum ipsa obtemperabat
Deo. Itaque non epe ignem malum, quia crea-
tura Dei est, sed tamen urico inbecillitatem
nostram ex merito peccati. Tunc autem peccata
naturalia, quae nec epe committi ante mi-
sericordiam Dei, postquam in hanc vitam
per peccatum liberi arbitrii lapsi sumus.

¶ In principio creavit Deus caelum et terram, *
et vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde
bona. *¶* Fide intelligimus aptata epe secula
Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.
* *et vidit. Gen. j. Hebr. ij.*

Lectio VIII.

Renovari autem hominem per Jesum Christum
Dominum nostrum, cum ipsa ineffabilis ac
incommutabilis Dei sapientia plenum totumque
hominem suscipere dignata est, et nasci de spi-
ritu sancto ex virgine Maria, crucifigi, et

resurgere et ascendere in caelum, quod iam
factum est; et venire ad iudicandos vivos et mor-
tuos in fine seculi; et resurrectionem mortuo-
rum in carne, quod adhuc futurum prodica-
tur. Datum est Spiritum sanctum credenti-
bus in eum. Constitutam ab illo matrem
Eclesiam, quae catholica dicitur ex eo, quia
universaliter perfecta est, et in nullo claudicat,
et per totum orbem diffusa est. Remissa est
penitentibus priora peccata, et vitam eternam
caelorumque regnum promissum. Secundum
hanc fidem, quae proponit in hoc libro queri
et disputari, considerandum est.

¶. *Ant. Deus: faciamus hominem ad imaginem
nostram, et pro similitudine terrae: et creavit
Deus hominem ad imaginem suam. Et
dominus homo secundum Deum creatus est, in
similitudine et similitudine veritatis. et creavit.
V. gloria. et creavit. Gen. i. Ephes. 4.*

In III. nocturno.

*Ant. Tua est Domine magnificentia et po-
tentia, et gloria atque victoria, et tibi laus: et
cuncta enim, quae in caelo sunt et in terra, tua
sunt. j. Bar. 29.*

Cantica de psalterio.

V. Tui sunt caeli et tua est terra:

*R. Orbem terrae et plenitudinem eius tu fun-
dasti. Ps. 88.*

Lectio IX.

*Incipit epistola prima beati Petri
apostoli. cap. i.*

*Petrus apostolus Jesu Christi, electis ad venis
dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae
et Bithyniae, secundum profectum Dei Pa-
tris, in sanctificationem spiritus, in obedien-
tiam et asperersionem sanguinis Jesu Christi:*

gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus
Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui
secundum misericordiam suam magnam re-
generavit nos in spem vivam per resurrectio-
nem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem
incorruptibilem, et incontaminatam, et
immarcescibilem, conservatam in caelis in
vobis, qui in virtute Dei custodimini per
fidem in salutem, paratam revelari in tem-
pore novissimo.

R. Coeli qui nunc sunt et terra Dei verbo repro-
fili sunt, igni reservati, & novos vero caelos
et novam terram secundum promissa ipsius
expectamus, in quibus iustitia habitat. V.
Benedicite Dominum in operibus suis, opera
Domini universa bona valde. & novis. 2. Gen. 3.

Euli. 3q.

Lectio X.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet
contristari in variis tentationibus: ut pro-
batio vestre fidei multo pretiosior auro,
quod per ignem probatur, inveniat in
laudem et gloriam et honorem, in revela-
tione Iesu Christi: quem cum non videritis,
diligitis: in quem nunc quoque non videntes
creditis, credentes autem exultabitis letitia
inestimabili et glorificata, reportantes finem
fidei vestre, salutem animarum.

R. Deus creavit hominem inextinguibilem,
et ad imaginem similitudinis suae fecit illum: &
invidia autem diaboli mors introivit in
orbem terrarum. V. Regnavit mors ab Adam
etiam in eos, qui non peccaverunt in simili-
tudinem prevaricationis Adae. & invidia.

Sap. 2. Rom. 5.

Lectio XI.

De qua salute exquisierunt, atque salutati
sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia

prophetaverunt: scilicet in quo vel quale
tempus significaret in eis Spiritus Christi: pro-
nuntians eas, quo in Christo sunt passionis,
et posteriores glorias; quibus revelatum est,
quia non sibi metipsis, vobis autem ministra-
bant ea, quo nunc nuntiata sunt vobis per
eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu
sancto misso de caelo, in quem desiderant ange-
li propicere.

Sp. Initium superbiae hominis ~~apud~~ a
apostatare a Deo; quoniam ab eo, qui fecit
illum, recepit cor eius: & quoniam initium
omnis peccati est superbia. V. Omnes in vi-
cem humilitatem infinuare: humiliamini
sub potenti manu Dei. & quoniam. Euli. 10.
1. Petr. 5.

Lectio XII.

Propter quod succincti lumbos mentis vestro,
sobrii perfecte sperate in eam, quo offertur
vobis, gratiam, in revelationem Iesu Christi:
quasi filii obedientis, non configurati prio-
ribus ignorantie vestro desiderio: sed secun-
dum eum, qui vocavit vos, sanctum et ipsi
in omni conversatione sancti sitis; quoniam
scriptum est: sancti eritis, quoniam ego sanc-
tus sum.

Sp. Primus homo de terra terrenus, secundus
homo de caelo coelestis: & igitur & sicut porta-
vimus imaginem terreni, portemus et
imaginem coelestis. V. Exspoliantes ve-
stem, et induentes novum, eum qui renova-
tur in agnitionem secundum imaginem
eius, qui creavit illum. F. sicut. V. gloria.
F. sicut. 1. Cor. 15. coloss. 3.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Mattheum. cap. 20.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis
parabolam hanc: Simile est regnum caelorum

homini patri familias, qui exiit primo ma-
ne conducere operarios in vineam suam.
Conventione autem facta cum operariis ex
denario diurno, misit eos in vineam suam.
Et egressus circa horam tertiam vidit alios
stantes in foro otiosos, et dixit illis: ite et
vos in vineam meam, et quod iustum fuerit,
dabo vobis. Illi autem abierunt. Seruum autem
exiit circa sextam et nonam horam: et fecit simi-
liter. Circa undecimam vero exiit, et invenit
alios stantes, et dicit illis: quid hii statis tota die
otiosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit.
Dicit illis: ite et vos in vineam meam. Cum sero
autem factum esset, dicit dominus vinee pro-
curatori suo: voca operarios, et redde illis
mercedem, incipiens a novissimis usque ad pri-
mos. Cum venisset ergo, qui circa undecimam
horam venerant, auferunt singulos denarios.
Venientes autem et primi, arbitrati sunt, quod
plus essent auferri: auferunt autem et ipsi
singulos denarios. Et accipientes murmurabant
adversus patrem familias, dicentes: hi novissimi
una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui
portavimus pondus diei et aestus. At ille re-
spondens uni eorum dixit: amice non facio tibi
iniuriam: nonne ex denario convenisti mecum?
Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic
novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi
quod volo facere? an oculus tuus nequam est,
quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi
primi, et primi novissimi: multi enim sunt
vocati, pauci vero electi.

Ad laudes Matutinas et horarum.

Antiphona de Gaetano in septuagesima.

Lectio apoc. 4.

Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam
et honorem, et virtutem: quia tu creasti omnia,
et propter voluntatem tuam erant, et creata
sunt.

ubi. Tuus est dies: & tua est nox Domine:
Tu fabricatus es auroram et solem. Ps. 73.

Hymnus baris.

- I. Qui nos creas solus, Pater,
De pristino lapsos statu
Non solus inspiras: & simul
et nostros labores exigis.
- II. Delicta poenitentibus
Clemens relaxas: & improbos
Vocas morantes, et viam
Erroris urges relinquere.
- III. Saepe remordet, in timore
Pectus dolore sanditatis: &
Ueloris et partes dei
Exeret in semel nocens.
- IV. Vltimo plagas admonet
egre recepta sanitas: &
Charitorem sensuum
hortatur ad custodiam.
- V. Virina non scrutabilis
Caelitudo gratiae: &
Sic uel malorum providus
Quis est in bona.
- VI. Abstinentis vindicem
Gram reseras: & mergitur
Scelertibus orbis unicus
Vae superstes effugit.
- VII. Hic proco poenitentiae,
Novi sequester foderis: &
Seruator orbis et parvus
Christi figuram prebuit.
- VIII. Sit laus patri, laus Filio: &
Utrumque qui nectis deus
Ubique compari, sit tibi
Laus sempiterna quiescit. amen.
- IX. ~~Magnum~~ Magnus est deus noster pro omnibus
vris.
et. omnia, quae cumque voluit, fecit. Ps. 134.

Ad Bened. ant. Amice, nonne ex denario
convenisti mecum? tolle quod tuum est: & non
licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus
nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Primam.

ant. Domine, tu es, qui fecisti caelum et ter-
ram, & mare, et omnia, quae in eis sunt. act. 4.

Ad Tertiam.

ant. Per unum hominem peccatum in-
mundum intravit, et per peccatum mors: & et
ita in omnes homines mors pertransiit. Rom. 5.

Lectio. 2. cor. 11.

Frater: timeo, ne sicut serpens Eva seduxit
astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri,
et excidant a simplicitate, quae est in Christo.

V. Omnes declinaverunt, simul inutiles
facti sunt:

R. Non est, qui faciat bonum, non est usque
ad unum. Ps. 115.

Ad Sextam.

ant. Misericordia Domini, quia non su-
mus consumpti: & quia non defecerunt
miserationes eius. Thren. 3.

Lectio. Sap. 10.

Sapientia illum, qui primus formatus est
a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset
creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto
suo, et dedit illi virtutem continendi omnia.

V. Misertus est Dominus timentibus se:

R. Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Ps. 102.

Ad Nonam.

ant. Parce omnibus, quoniam tua sunt
Domine: & qui amas animas. Sap. 11.

Lectio. Sap. 1.

Deus mortem non fecit, nec letatus in per-

lione vivorum; creavit enim, ut essent omnia,
 glorabiles fecit nationes orbis terrarum.

Domine misericordia tua in caelum:

V. Opera manuum tuarum ne despicias. Ps. 134.

Ad Vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Lectioj. Matth. 2.

Memento te operum Patrum, quo fecerunt
 in generationibus suis: et accipietis gloriam
 magnam, et nomen aeternum.

R. la. Deus auribus nostris audivimus: &
 patres nostri annuntiaverunt nobis:

V. Opus, quod operatus es in diebus eorum. Ps. 43.

Hymnus Paris.

- I. Vos ante Christi tempora
 Christi fideles a seculo, &
 Verenda iustorum cohors,
 Primi Patres aedentium.
 - II. Quis debitis vestram queat
 Efferre laudibus fidem? &
 Vestro spei creberrima
 Quis explicet suspiria?
 - III. Hic exules, hic advena,
 Mundi figuram sperantis: &
 Non littera, sed spiritu
 Promissa pensatis bona.
 - IV. Intenta meus uni Deo
 Respiciat aeternas domos: &
 Fac Christe nos veram quoque
 Desiderare patriam.
 - V. Sit Summa Patri gloria,
 Tuusque soli Filio: &
 Sancto simul cum spiritu,
 Hunc et per omne seculum. Amen.
- V. ete filias, quoniam advena ego sum apud
 te et peregrinus:
- R. Sicut omnes patres mei. Ps. 38.

Ad Magnif. ant. Erunt novissimi primi et
primi novissimi: & multi enim sunt vo-
cati, pauci vero electi. Matth. 20.

Feria II.

In officio feriali usque ad quadragesimam
omnia dicuntur de psalterio, exceptis solis
hymnis, qui dicuntur, ut Dominica proce-
dente habentur.

In I. octavo.

Lectio I.

De libro Genesis. cap. 2.

Formavit igitur Dominus Deus hominem
de limo terre, et inspiravit in faciem eius
spiraculum vite, et factus est homo in
animam viventem. Plantaverat autem
Dominus Deus paradisum voluptatis a prin-
cipio, in quo posuit hominem, quem for-
maverat. Produxitque Dominus Deus de
humo omne lignum pulcrum visu et ad
vescendum suave, lignum etiam vite in
medio paradisi, lignumque scientie boni
et mali. * Tulit ergo Dominus Deus ho-
minem, et posuit eum in paradiso volup-
tatis, ut operaretur, et custodiret illum.
Precepitque ei dicens: ex omni ligno pa-
radisi comede; de ligno autem scientie boni
et mali ne comedas; in quocumque enim
die comederis ex eo, morte morieris. ¶
Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum
esse hominem solum: faciamus ei adjuto-
rium simile sibi. ¶ Misit ergo Dominus
Deus soporem in adam: cumque obdormisset,
tulit unam de costis eius, et replevit carnem
pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam,
quam tulerat de adam, in mulierem: et
adduxit eam ad adam. * Dixitque adam:
hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne
mea: hoc vocabitur virago, quia de viro

luta est. Quamobrem reliquit homo
patrem suum et matrem, et adhærebunt uxor
sua, et erunt duo in carne una. Erat autem
uterque nudus, Adam scilicet et uxor eius;
et non erubescabant.

¶ Audiat illis disciplinam, et legem vitæ
hereditavit illos: testamentum æternum
constituit cum illis: & iustitiam et iudicia
sua ostendit illis. V. Nativitas in æternum,
et in seculum seculi: præceptum posuit, et
non præteribit. & iustitiam. Col. 17. G. 148.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini de cate-
chi et audis rudibus. l. j. c. 18.

Constituit Deus (homines primos) in quo-
dam loco perpetuo beatitudinis, quem appel-
lat scriptura paradysum: præceptumque illis
dedit, quod si non transgredereatur, in illa semper
immortalitatis beatitudine permanerent;
si autem transgredereatur, supplicia mortali-
tatis expenderent. Presciebat autem Deus eos
transgessuros: sed tamen quia conditor est
et effector omnis boni, magis eos fecit, quando
fecit et bestias, ut impleret terram bonis terrenis.
Et utique melior est homo etiam peccator, quam
bestia. Et præceptum, quod non erant servaturi,
magis dedit, ut essent inexcusabiles, cum in eos
vindicare cepisset. Cuius quidem homo fecerit,
laudabilem in suis factis invenit Deum: si recte
egerit, laudabilem invenit per iustitiam premio-
rum; si peccaverit, laudabilem invenit per iusti-
tiam suppliciorum: si peccata confessus ad
recte vivendum redierit, laudabilem invenit
per misericordiam indulgentiarum. Cui ergo
non faceret Deus hominem, quamvis eum
peccaturum prænosceret, cum et stantem
coronaret, et cadentem ordinaret, et surgentem
adjuvaret? semper et ubique ipse gloriosus

bonitate, iustitia, clementia? maxime quia
 et illud proficiebat, de propagine mortalitatis
 eius futuros sanctos, qui non sibi quorerent,
 sed creatori suo gloriam darent; et cum colendo
 ab omni corruptione liberati, cum angelis sanc-
 tis semper vivere et beate vivere mereantur.

R. Deus de terra hominem fecit, creavit ex ipso
 adiutorium simile sibi: & disciplina intellectus
 replevit illos, et mala et bona ostendit illis. *R.*
 Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio,
 masculinum et feminam fecit illos? & disciplina.
 Eccl. ij. Matth. ij.

Simplura dicenda sint R. De feria, tunc R. 3.
constituisti. R. 4. Deus creavit. ex I. Noct.
Dominicae precedentis.

Feria III.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 3.

Sed et serpens erat callidior cunctis animalibus
 terro, quo fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad
 mulierem: cur precepit vobis Deus, ut non
 comederetis de omni ligno paradisi? cui re-
 spondit mulier: de fructu lignorum, quo
 sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni,
 quod est in medio paradisi, precepit nobis Deus,
 ne comederemus, et ne tangere mus illud, ne
 forte moriamur. & Dixit autem serpens ad
 mulierem: nequaquam morte moriemini.
 Sed enim Deus, quod in quocumque die co-
 mederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et
 eritis sicut dii, scientes bonum et malum. 9.
 Vidit igitur mulier, quod bonum esset lig-
 num ad vescendum, et pulcrum oculis, apper-
 tuque delectabile: et tulit de fructu illius,
 et comedit; deditque viro suo, qui comedit.
 Et aperti sunt oculi amborum: cumque
 cognovissent se esse nudos, consuerunt folia
 ficus, et fecerunt sibi perizonata. & Etiam

vidissent vocem Domini Dei deambulantibus
 in paradiso ad auram post meridiem, abscondit
 se adam et uxor eius a facie Domini Dei in
 medio ligni paradisi. Vocavitque Dominus Deus
 adam, et dixit ei: ubi es? Qui ait: vocem tuam
 audivi in paradiso, et timui eo quod nudus
 essem: et abscondi me. Cui dixit: quis enim
 indicavit tibi, quod nudus es, nisi quod ex ligno,
 de quo proceperam tibi, ne comederes, comedisti?
 R. Deus creavit hominem inexterminabilem,
 et ad imaginem similitudinis sue fecit illum: &
 invidia autem diaboli mors intraivit in orbem
 terrarum. V. Regnavit mors ab adam etiam
 in eos, qui non peccaverunt in similitudinis
 pravaricationis Adæ. & invidia. Sap. 2. Rom. 5.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini de catechi-
 sandis rudibus. cap. 18.

Qui hominibus dedit liberum arbitrium, ut
 non servili necessitate, sed ingenua voluntate
 Deum colerent, dedit etiam angelis: et ideo nec
 angelus, qui cum spiritibus aliis satellitibus
 suis superbiendo deseruit obedientiam Dei, et
 diabolus factus est, aliquid nocuit Deo, sed sibi.
 Non enim Deus ordinare deserentes animas,
 et ex earum justa miseria inferiores partes crea-
 turae sue convenientissimis et congruentissimis
 legibus admirando dispensationis ornare. Neque
 nec diabolus aliquid Deo nocuit, quia vel ipse
 lapsus est, vel hominem seduxit ad mortem:
 nec ipse homo in aliquo minuit veritatem,
 aut potestatem, aut beatitudinem conditionis
 suae, quia coniugi suo seducto a diabolo,
 ad id, quod Deus prohibuerat, propria volun-
 tate consensit. Iustissimis enim Dei legibus
 omnes damnati sunt, Deo gloriose per equita-
 tem vindicta, ipsi ignominiosi per turpitu-
 dinem poenae: ut et homo a suo creatore
 aversus victus diabolo subderetur, et diabolus

hominem ad Creatorem suum conuerso vincien-
 dus proponeretur, ut quicumque diaboloque
 in finem consentirent, cum illo irent in eterna
 supplicia; quicumque autem humiliarent
 se Deo, et per eius gratiam diabolum vincerent,
 eterna premia mererentur.

R. Adam primus formatus est, deinde Eva.
 Et Adam non est seductus: & mulier autem se-
 ducta in provaricatione fuit. V. a muliere
 initium factum est peccati, et per illam omnes
 morimur. & mulier. j. Tim. 2. Ecl. 25.

Si plura dicenda sint R. P. de feria, tum R.
 S. et q. ex fer. II. proced.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Genesis. cap. 3.

Dixit Adam (ad Dominum) mulier, quam
 dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno et
 comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem:
 quare hoc fecisti? quae respondit: serpens
 decepit me, et comedi. & ait Dominus Deus
 ad serpentem: quia fecisti hoc, maledictus
 es inter omnia animalia et bestias terro:
 super pedes tuum gradieris, et terram co-
 medes cunctis diebus vite tue. Inimicitias
 ponam inter te et mulierem, et semen tuum
 et semen illius: ipsa conteret caput tuum,
 et tu infidiaberis calcaneis eius. Mulieri quoque
 dixit: Multiplicabo
 arumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore
 paries filios, et sub viri potestate eris, et
 ipse dominabitur tui. 9. Ado vero dixit:
 quia audisti vocem uxoris tuae, et comedisti
 de ligno, ex quo proceperam tibi ne comederes.
 maledicta terra in opere tuo: in laboribus
 comedes ex ea cunctis diebus vite tue. spinas
 et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam
 terro. In sudore vultus tui vesperis pane,

donec revertaris in terram, de qua factus es:
quia pulvis es, et in pulverem reverteris. Et
Et vocabit adam nomen uxoris sue Heva, quia
mater est eundem viventium. * Fecit
quoque Dominus deus adu et uxori eius
tunicas pellicias, et induit eos, et ait: ecce
adam quasi unus ex nobis factus est, sciens
bonum et malum. et tunc ergo ne forte mit-
tat manum suam, et sumat etiam de ligno
vite, et comedat, et vivat in eternum. Et
omisit cum Dominus deus de paradiso volup-
tatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.
Eiecitque adam, et collocavit ante paradysum
voluptatis cherubim, et flammeum gladium
atque versatilem, ad custodiendam viam ligni
vite.

¶ Sapientia illum, qui primus formatus
fuerat a deo pater orbis terrarum, custodivit. *
¶ Et eduxit illum a delictis suis. V. Penitenti-
bus dedit viam iustitie, et confirmavit defi-
cientes sustinere. ¶ eduxit. Sap. 10. vult. 17.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
De civitate Dei. l. 14. c. 15.

Quia contemptus est deus iubens, qui creaverat,
qui ad suam imaginem fecerat, qui ceteris ani-
malibus proposuerat, qui in paradiso consti-
tuerat, qui rerum omnium copiam salutisque
prestiterat, qui preceptis nec pluribus nec gran-
dibus nec difficultibus oneraverat, sed uno
brevisimo atque levissimo ad obedientie salu-
tatem adminiculaverat: iusta damnatio
subsecuta est, talisque damnatio, ut homo, qui
custodiendo mandatum futurus fuerat etiam
carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis;
et qui sua superbia sibi placuerat. Dei iustitia
sibi donaretur, nec sic ut in sua esset omnimodis
potestate, sed a se ipse quoque dispensans, sub
illo, qui peccando consensit, pro libertate quam
concupivit, duram miseramque ageret servitu-

tem; mortuus spiritu volens, et corpore
 moriturus in vitis: Desertor eterne vite,
 etiam eterna, nisi gratia liberaret, morte
 damnatus. Quisquis huiusmodi damnatio-
 nem vel iniuriam vel iniustam putat, me-
 tiri profecto nescit, quanta fuerit iniquitas
 in peccando, ubi tanta erat non peccandi faci-
 litas. Sicut enim obedientia secundi hominis,
 eo predicabilior, quo factus est obediens usque
 ad mortem: † Ubi enim magna est inobedientia
 poena proposita, et uera acalore facilis im-
 perata, quis nam satis explicet, quantum
 malum sit, non obedire in re facile, et tanta
 potestatis imperio, et tanto terrenti supplicio?
 R. Sicut per inobedientiam unius hominis
 peccatores constituti sunt multi: et ita †
 et per unius obedienciam iusti constituen-
 tur multi. V. Corrupti sunt, et abomina-
 biles facti sunt in iniquitatibus. † et per
 Rom. 5. v. 52.

† Ita inobedientia primi hominis eo
 detestabilior, quo factus est in obediens
 usque ad mortem.

Si plura sunt dicenda de die de feria, p. 5. et 14.
De die precedente.

Feria V.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 4.

Fuit Abel pastor ovium, et Cain agricola.
 Factum est autem post multos dies, ut of-
 feret Cain de fructibus terre munera Do-
 mino. Abel quoque obtulit de primogenitis
 gregis sui, et de adipibus eorum. Et respexit
 Dominus ad Abel, et ad munera eius: ad
 Cain vero, et ad munera illius non respexit.
 Iratusque est Cain vehementer, et concidit
 vultus eius. † Dixitque Dominus ad eum:
 quare iratus es, et cur concidit facies tua?
 et si bene egeris, recipies, si autem male,
 statim in foribus peccatum aderit: sed sub
 te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.

Dixitque Cain ad abel fratrem suum: egrediamur foras. Cumque essent in agro, concurrexit Cain ad versus fratrem suum abel, et interfecit eum. 9. Et ait Dominus ad Cain: ubi est abel frater tuus? qui respondit, nescio; num custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et tunc igitur maledictus eris super terram, quae aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus et profugus eris super terram. * Dixitque Cain ad Dominum: maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce eicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra: omnis igitur, qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus: nequaquam ita fiet, sed omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenerit eum. Egredusque Cain a facie Domini habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

R. Per Fidem abel testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus eius Deo: x et per illam defunctus adhuc loquitur. v. Fide plurimam hostiam, quam Cain, obtulit Deo. x et per. Hebr. ii.

Lectio II.

Ex libro secundo venerabilis patris
Presbyteri in principium Genesis.

Juxta mensuram peccantium justus iudex
et mensuram ponit vindictae. Adam namque
vetulum comedens nequaquam ipse male-
dicitur, sed terra potius in eius opere male-
ditioni subicitur; non quidem ad eum, ut

fructus operanti deneget, sed ut laboranti
 ac desudanti suos cultori proferat fructus:
 et ut labor idem prope aliquando finire,
 ac requies aeterna ingredi. Porro Cain cum
 sciret provaricationem suorum damna-
 tionemque paratum, addidit eiudem
 noxa provaricationis, quam de traduce
 traxerat, graviores perfidiae, livoris,
 homicidii et mendacii reatum: unde merito
 et poena plebitur acriore: primo ut ipse
 maledictus sit super terram, quam cruore
 fratris catenus mundam polluerat: dein-
 de ut in terra exercenda supervacue de-
 sudaret, nulla suis laboribus frugum
 copia respondente: tertio ut in eadem terra
 vagus semper esset et profugus, neque
 ausus usquam sedes habere quietas. Cuncta
 autem, quo de iustitia vel martyrio Abel,
 et de pravitate ac damnatione Cain iuxta
 litteram dicuntur, mystice Dominica
 passioni vel conversationi in carne, et
 persecutioni ac perditioni Iudeorum testi-
 monium ferunt.

R. Cain ex maligno erat, et occidit fra-
 trem suum: * quoniam opera eius malig-
 na erant, fratris autem eius iusta. V.
 A sapientia ut recepit iniustus in ira sua,
 per iram homicidii fraternali deperit.
 * quoniam. J. Joan. 2. Sap. 10.

Si plura dicenda sint R. R. tunc erit

R. 3. Accepistis ad testamenti novi me-
 diatorem Jesum, et sanguinis aspersionem
 melius loquentem quam Abel: * videte
 ne refuseis loquentem. V. Veniet super
 vos omnis sanguis iustus, qui effusus est a
 sanguine Abel iusti. * videte. Hebr. 2. Matth. 23.

R. 4. Tive Henoch translatus est n videt

morlem. & non inueniebatur, & quia trans-
tulit illum deus. V. Ambulavit Henoch cum
Deo, et translatus est in paradysum, ut det
gentibus poenitentiam. & non. V. gloria. F.
quia. Hebr. ii. Euli. 44.

Feria VI.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 6.

Videns deus, quod multa malitia hominum
esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta
esset ad malum omni tempore, poenituit eum,
quod hominem fecisset in terra. Et factus est
dolor cordis intrinsecus, et dicit, inquit, hominem,
quem creavi, a facie terra, ab homine usque ad
animantia, a reptili usque ad volucres caeli.
poenitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit
gratiam coram Domino. & Haec sunt generatio-
nes Noe: Noe vir justus atque perfectus fuit
in generationibus suis, cum Deo ambulavit.
Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japheth.
Corrupta est autem terra coram Deo, et reple-
ta est iniquitate. Cumque vidisset deus terram
esse corruptam: omnis quippe caro corrupta est
viam suam super terram. Dixit ad Noe: finis uniuerso
carnis uenit coram me: repleta est terra iniqui-
tate, et ego disperdam eam cum terra. Fac tibi ar-
cam de lignis leuigatis, mansumulos in arca
facies, et bitumine linies intrinsecus et ex-
trinsecus. ¶ Eue ego adducam aquas diluuii
super terram, ut interficiam omnem carnem,
in qua spiritus uitalis est subter caelum: uniuersa
quae in terra sunt, consumentur. Bonamque
facies mecum tecum, et ingredieris arcam tuam
et filii tui, uxor tua, et uxores filiorum tuorum
cum. Et ex cunctis animantibus uniuerso
mundi omnia induces in arcam, ut uiuant tecum,
masculini sexus et feminini. & De uoluci-
bus iuxta genus suum, et de iumentis in

genere suo, et ex omni reptili tero secundum
genus suum, bina de omnibus ingrediantur
tecum, ut possint vivere. Tolles igitur tecum
ex omnibus escais, quo mandu possunt, et com-
portabis apud te, et erunt tibi quam illis
in cibum. Feit igitur Noe omnia, quo pro-
cepit illi Deus.

R. Noe inventus est perfectus, iustus, et in
tempore iracundie factus est reconciliatio. x
ideo dimissum est reliquum terro, cum factum
est diluuium. v. Deus originali mundo non
peperit, sed octavum Noe iustitio preconem
custodivit. x ideo. Euli. 44. 2. Pet. 2.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi
De Noe et arca. cap. 4.

Staber, quia iratus Dominus est, quoniam quam-
vis cogitaret, hoc est, sciret, quia homo profusus
in terra regione, carnem portans, sine peccato
ope non possit, terra enim velut quidam testa-
tionum locus est, caroque corrupte lo illecebra.
tamen cum haberent mentem rationis ca-
pacem, virtutemque animo infusam corpori,
sine consideratione aliqua in lapsum ruerant,
ex quo revocare se nolent. Neque enim Deus
cogitat sicut homines, ut aliqua ei nova succ-
at sententia; neque irascitur quasi mutabi-
lis: sed ideo hoc legitur, ut exprimat
peccatorum nostrorum acerbitas, quod di-
vinam meruerit offensam: tamquam eorumque
increverit culpa, ut etiam Deus, qui natura-
liter non movetur aut ira, aut odio, aut pas-
sione ulla, provocatus videatur ad iracun-
diam. Ad condemnationem autem cetero-
rum, et ad expressionem pietatis divino iudicio
Noe apud Deum gratiam invocasse. Simul osten-
ditur, quod hominem iustum non obumbret
aliorum offensio, quando ipse ad totius generis

servatur seminarium, qui non generationis
nobilitate sed iustitiae et perfectionis merito
laudatur.

R. Ab initio cum perirent superbi gigantes: &
spes orbis terrarum ad rathem confugiens, remi-
sit seculo semen natiuitatis. V. Factum est di-
lucium, consumptaque est omnis caro, remansit
autem solus noe, et qui cum eo erant in arca.
* hres. Sap. 11. gen. 7.

si plura dicenda sint. R. aduatur illa ex die
sequente.

Sabbato.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 7. 8.

Factum est dilucium quadraginta diebus
super terram, et multiplicatae sunt aquae, et
elevaverunt arcam in sublime a terra. Veho-
menter enim inundaverunt, et omnia reple-
verunt in superficie terrae. Corrosaria ferebatur
super aquas. Et aquae prevaluerunt nimis
super terram: operatique sunt omnes montes
excelsi sub universo caelo. quindecim cubitis
altior fuit aqua super montes, quos operuerat.
* Consumptaque est omnis caro, quae move-
batur super terram, volucrum, animantium,
bestiarum, omniumque reptilium, quae rep-
tant super terram. universi homines, et sanc-
ta, in quibus spiraculum vitae est in terra,
mortua sunt. Et deleuit omnem substan-
tiam, quae erat super terram, ab homine
usque ad pecus, tam reptile quam volucres
caeli, et deleta sunt de terra. Remansit autem
solus noe, et qui cum eo erant in arca. obli-
meruntque aquae terram centum quin-
quaginta diebus. 9. Locutus est autem
Deus ad noe dicens: egredere de arca tu et
uxor tua, filii tui et uxores filiorum tuo-
rum tecum. Egredus est ergo noe et filii

cuius, uxor illius, et uxoies filiarum eius
cum eo. Sed et omnia animalia, iumenta,
et reptilia, que reptant super terram, secundum
genus suum, congregata sunt de arca. & edificavit
autem Noe altare Domino, et tollens de
cunctis pecoribus et volucribus mundis, ob-
tulit holocausta super altare. Odoratusque
est Dominus odorem suavitatis, et ait: nequa-
quam ultra maledicam terram propter sen-
sus enim et cogitationis humani cordis in ma-
lum prona sunt ab adolescentia sua: non
igitur ultra percubiam omnem animam
viventem sicut feci.

R. Gigantes nominati illi, qui ab initio
fuerunt, viam disciplinae non invenerunt,
propterea perierunt: & quoniam non
habuerunt sapientiam, interierunt propter
suam insipientiam. V. In diebus illis erant
comedentes et bibentes, donec venit dilu-
vium, et tulit omnes. Et quoniam.
Baruch 3. Matth. 24.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi

De catechizandis rudibus. cap. 19.

Quod Deus omnes diluvio deleverit, excepto
uno iusto cum suis, quos in arca servari
voluit, noverat quidem quod non se cor-
recturi essent: verumtamen cum per
centum annos arca fabricata est, predica-
batur utique eis ira Dei ventura super eos:
et si converterentur ad Dominum, parceret
eis, sicut peperit postea et Ninive civitati
agenti poenitentiam, cum ei per Prophetam
futurum interitum pronuntiasset. Hoc
autem facit Deus etiam illis, quos novit in
malitia perseveraturos, datus poenitendi
spatium, ut nostram patientiam exerceat,

A in forma exemplo suo, quo noverimus,
 quantum nos oporteat tolerabiliter ma-
 los sustinere, cum ignoremus, quales postea
 futuri sunt, quando ille parat, et finit eos vi-
 vere, quem nihil futurorum laet. Pro-
 nuntiabatur tamen etiam diluvii sacramento,
 quo per lignum iusti liberati sunt, futura
 ecclesia, quam Rex eius et Deus Christus myste-
 rio suo crucis ab huius seculi submersione
 suspendit. et que enim Deus ignorabat,
 quod etiam ex illis, qui fuerant in arca ser-
 vati, nascituri erant mali, qui faciem terro-
 riniquitatibus iterum implerent. Sed tamen
 et exemplum futuri iudicii dedit, et sanctorum
 liberationem ligni mysterio pronuntiavit.
 R. Cum factum est diluvium, testamenta
 seculi posita sunt apud Noe, et ne deleri possit
 diluvio omnis caro. V. In arca pauci, id est,
 octo anime salvos factos sunt per aquam: quod
 et nunc similis forma salvos fecit baptisma.
 * ne. Euli. 114. j. Beh. 5.

Si plura dicenda sint R. R. tunc R. 5. et 11.
 erit ex feria procedente.

Ad Vesperas duplex.

antiphona de psalterio.

Letitio. Euli. 114.

Abraham magnus pater multitudinis
 gentium, et non est inventus similis illi
 in gloria: qui conservavit legem excelsi,
 et fuit in testamento cum illo.

R. br. hymnus et r. ex sabbatho ante
Septuagesimam.

Ad Magnif. ant. Pater noster Abraham
 tentatus est, et per multas tribulationes
 probatus, Dei amicus effectus est. Judith 8.

Oratio. Sac. Greg.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra

actione confidimus: concede propitius;
ut contra adversa omnia gratie tue pro-
tectione muniamur. Per Dominum.

Dominica Sexagesime

Idem. II. clapsis. 12. lect.

Ad Vigiliis nocturnas.

In vit. et hymnus, ut Dominica precedente.

In I. et nocturno.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 12.

Dixit Dominus ad Abram: egrere de terra
tua, et de cognatione tua, et de domo patris
tui; et veni in terram, quam monstrabo
tibi: faciamque te ingentem magnam, et
benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum,
erisque benedictus. Benedicam benedicientibus
tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque
in te benedicentur universo cognationes terrae.
Egrepsit itaque Abram, sicut praeceperat ei
Dominus, et vivit cum eo Lot. Septuaginta
quinque annorum erat Abram, cum egrere-
tur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam,
et Lot filium fratris sui, universamque sub-
stantiam, quam possederant, et animos, quas
fecerant in Haran: et egrepsi sunt, ut irent in
terram Chanaan.

R. Fide abraham obediit in locum exire,
quem accepturus erat in hereditatem: * et
exiit, nesciens quo iret. V. Egrere de terra
tua, et veni in terram, quam monstrabo
tibi. * et exiit. Hebr. II. gen. 12.

Lectio II.

Cumque venissent in eam, pertransiit Abram
terram usque ad locum Sichem, usque ad con-
valem illustrem. Chanaanous autem tunc
erat in terra. Apparuit autem Dominus
Abram, et dixit ei: semini tuo dabo terram
hanc. qui edificavit ibi aetare Domino, qui

apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem,
qui erat contra orientem Bethel, tendit sibi
tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et
ab oriente Hai. Edificavit quoque ibi altare Domi-
no, et invocavit nomen eius.

¶ Leva oculos tuos et vide: & omnem terram,
quam conspicias, tibi dabo et semini tuo usque
in sempiternum. V. Faciam te in gentem mag-
nam, et benedicam tibi: & omnem. Gen. 15. 12.

Lectio III. cap. 14.

Postquam vero nonaginta et novem annorum
ipse ceperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad
eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me,
et esto perfectus: ponamque foedus meum inter
me et te, et multiplicabo te vehementer nimis.
Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei
Deus: ego sum, et pactum meum tecum, erisque
pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur
nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham,
quia patrem multarum gentium constitui te.
Faciamque te crescere vehementissime, et ponam
te in gentibus, regesque ex te egrediantur.

¶ Firma est promissio omni semini, qui ex
fide est abraham, qui pater est omnium nostrum: &
sicut scriptum est: quia patrem multarum gen-
tium posui te. V. Dedit illi gloriam in gente
sua, crescere illam quasi terro cumulum. & sicut.
Rom. 4. Gal. 3. 14.

Lectio IV.

Et statuiam pactum meum inter me et te,
et inter semen tuum post te in generationibus
suis, foedere sempiterno: ut sim Deus tuus, et se-
minis tui post te. Daboque tibi et semini tuo
terram peregrinationis tue, omnem terram
Chanaan in possessionem eternam, eroque
Deus eorum. Dixit quoque Deus ad Abraham:
Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed
Saram. Et benedicam ei, et ex illa dabo tibi

filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, et reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, et risit dicens in corde suo: putasne centenario nasceatur filius, et Sara nonagenaria pariet? R. Contra spem in spem credidit, et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum: & in promissione Dei non hostitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo. V. ait Deus ad Abraham: cara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac. & in prom. V. gloria. & in prom. Rom. 4. Gen. 17.

In II. octuano.

Lectio V.

Ex libro sancti Augustini episcopi
de catechizandis rudibus. cap. 19.

Post diluuium non cepavit agullulare malitia per superbiam et libidines et illicitas impietates, cum homines deserto creatore suo non solum ad creaturam, quam Deus condidit, lapsi sunt, ut pro Deo colerent, quod fecit Deus: sed etiam ad opera manuum hominum, et ad fabricorum artificia curuauerunt animas suas: ubi de illis turpius diabolus et demonia triumpharent, quo si in talibus figmentis adorari venerarique letantur, dum errores suos humanis erroribus pasunt. et tunc sane defuerunt iusti, qui Deum pie querebant, et superbiam diaboli vincerent, ciues illius sancte civitatis, quos regis sui Christi ventura humilitas per spiritum revelata sanavit.

R. Fide Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam pro ter tempus etatis: & quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. V. visitavit Dominus Saram, et peperit filium in senectute sua. & quoniam. Hebr. 11. Gen. 21.

Ex quibus Abraham pius et fidelis Dei servus electus est, cui demonstraretur sacramentum Filii Dei, ut propter imitationem fidei omnes fideles omnium gentium filii eius futuri dicerentur. Ex illo natus est populus, a quo unus Deus verus coleretur, qui fecit coelum et terram, cum cetero gentes simulacris et demoniis servirent. In eo plane populo multo evidentius futura ecclesia figurata est. Erant enim ibi multitudo carnalis, quo propter visibilia beneficia colebat Deum. Erant ibi autem pauci, futuram requiem cogitantes, et caelestem patriam requirantes, quibus prophetando revelabatur futura humilitas Dei, Regis et Domini nostri Jesu Christi, ut per eam fidem ab omni superbia et timore sanarentur.

¶ Abraham signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei, et ut sit pater omnium credentium, ut reputetur et illis ad iustitiam. V. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam. et ut sit. Gen. 15.

Lectio VII.

Horum sanctorum, qui praesepunt tempore natiuitatem Domini, non solum sermo, sed etiam vita et coniugia et filii et facta prophetia sunt huius temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur ecclesia. Per illos sanctos Patriarchas et Prophetas carnali populo Israel, qui postea etiam Iudaei appellati sunt, et visibilia beneficia ministrabantur, quo carnaliter a Domino desiderabant, et coercionem poenarum corporalium, quibus pro tempore terrerentur, sicut eorum dicitio congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quo ad Christum et Ecclesiam pertinerent: cuius ecclesiae membra erant etiam illi sancti,

quamvis in hac vita fuerint, quam secundum
carnem Christus Dominus nasceretur.

R. Omnia in figura contingebant illis: &
Scripta sunt autem ad correctionem nostram,
in quos fines seculorum devenerunt. V. que-
cumque scripta sunt, ad nostram doctrinam
Scripta sunt: ut per patientiam et consola-
tionem scripturarum spem habeamus. &
Scripta. i. Cor. 10. Rom. 15.

Lectio VIII.

Ipse enim unigenitus Dei Filius, Verbum
Patris, equale et coeternum Patri, per quod
facta sunt omnia, homo propter nos factus
est, ut totius ecclesie tanquam totius cor-
poris caput esset. Sed velut totus homo cum
nasceretur, etiamsi manum in nascendo pro-
mittat, tamen universo corpori sub capite
coniuncta atque compacta est, quem ad-
modum etiam nonnulli in ipsis Patriar-
chis adhuc ipsius rei signum manu pro-
missa nati sunt: ita omnes sancti, qui
ante Domini nostri Jesu Christi nativita-
tem in terris fuerunt, quamvis ante nati
sunt, tamen universo corpori, cuius ille
caput est, sub capite cohererunt.

R. Omnes testimonio fidei probati non
acceperunt reprobationem: & Deo pro nobis
melius aliquid disponente, ut non sive nobis
consummarentur. V. Juxta fidem defuncti
sunt omnes isti, non acceperunt reprobatio-
nibus. & Deo. V. gloria. & Deo. Hebr. ii.

In III. nocturno.

ant. Benedictus es Domine Deus Patrum
nostrorum: & benedictum nomen glorio-
sio sanctorum. Jan. 5.

Cantica et V. de psalterio.

Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. i.

Si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus, in tempore in calatus vestri tempore conversamini. scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi, et incontaminati, pro cogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes operet in Deo.

R. Abraham pater circumcisionis, non iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et iis, * qui ~~secundum~~ sectantur vestigia fidei.

V. Non omnes, qui semen sunt Abrahe, omnes filii, sed qui filii sunt promissionis, ostimantur in semine. * qui. Rom. 4. 9.

Lectio X.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, et permanentis in eternum, quia omnis caro ut fœnum, et omnis gloria eius tanquam flos fœni: ox aruit fœnum, et flos eius decidit, verbum autem Domini manet in eternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

R. et velitis vivere intra vos: patrem

habemus Abraham: & dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus suscitare filios abraham. V. Si filii abraham estis, opera abraham facite. & dico. Matth. 3. 9. 8.

Lectio XI. cap. 13.

Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe. Sed cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. Melius est enim benefacere s. si voluntas Dei velit: pati, quam male facientes.

R. Attendite ad petram unde exiisti, et ad cavernam laici, de quo praecisi estis: & attendite ad Abraham patrem vestrum. V. Semen abraham servi eius, filii iacob electi eius. & attendite. Ps. 51. Ps. 104.

Lectio XII.

Quia et Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu: in quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animo salvi facti sunt per aquam. quod et vos nunc simili forma salvi facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientie bonae interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens

mortem, ut vitæ æternæ heredes efficiere-
mur: profectus in cælum, subjectis sibi
angelis et potestatibus et virtutibus.

Oratio. O Deus Disipulus Domine testamentum tuum,
neque auferas misericordiam tuam a nobis, &
propter abraham dilectum tuum, et Isaac
servum tuum, et Iacob sanctum tuum.

V. Clamemus in cælum, et miserebitur
nostri Dominus, et memor eris testamēti
patrum nostrorum. & propter. V. gloria. &
propter. San. 5. Mach. 11.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 8.

In illo tempore: cum turba plurima conve-
nirent, et de civitatibus properarent ad
Iesum, dixit, per similitudinem: Exiit qui
seminat seminare semen suum. Et dum
seminat, aliud cecidit secus viam, et concul-
catum est, et volucres cœli comederunt illud.
Et aliud cecidit supra petram, et natum
non eruit, quia non habebat humorem. Et
aliud cecidit inter spinas, et simul exorta
spino suffocaverunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonam, et ortum fecit fructum
centuplum. Hoc dicens clamabat: qui
habet aures audiendi, audiat. Interrogabant
autem eum discipuli eius, quæ esset hæc pa-
rabola. quibus ipse dixit: vobis datum
est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem
in parabolis, ut videntes non videant, et
audientes non intelligant. Est autem hæc
parabola. Semen est verbum Dei. qui
autem secus viam, hi sunt, qui audiunt;
deinde venit diabolus, et tollit verbum de
corde eorum, ne credentes salvi fiant.

Nam qui supra petram, qui cum audierunt,
cum gaudio suscipiunt verbum: et hi radi-
ces non habent, quia ad tempus credunt, et
in tempore tentationis recedunt, quod
autem in spinas, hi sunt, qui audierunt,
et a sollicitudinibus, et divitiis, et volupta-
tibus vite carnes suffocantur, et non refe-
runt fructum. Quod autem in bonam
terram, hi sunt, qui in corde bono et opti-
mo audientes verbum retinent, et fruc-
tum afferunt in patientia.

Ad laudes matutinas et hanc.

antiphona de psalterio. Latio. Ps. 67.

hymnus et V. ex Dominica septuagesimo.

Ad benedictum. Semen est verbum Dei:

quod autem in bonam terram, hi sunt,
qui in corde bono et optimo audientes
verbum retinent, et fructum affe-
runt in patientia. Luc. 8.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Primam.

ant. Credidit abraham Deo, et reputa-
tum est illi ad iustitiam: et amicus Dei
appellatus est. Jac. 2.

Ad Tertiam.

ant. Ego Dominus, qui eduxi te, et darem
tibi terram istam, et possideres eam. Gen. 15.

Latio Hebr. 11.

Fide, qui vocatur abraham, obedivit in
locum exire, quem accepturus erat in
hereditatem: et exiit, nesciens quo iret.

V. Dominus pars hereditatis mee et calicis mei.

R. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Ps. 135.

Ad Sextam.

ant. omnem terram, quam conspicias, tibi
dabo et semini tuo usque in sempiternum. Gen. 15.

Lectio Hebr. ii.

447.

Fide demoratus est abraham in terra re-
promissionis tam in aliena, in castris habitando
cum Isaac et Jacob, hereditas re-promissionis
eiusdem: expe habat enim fundamenta
habentem civitatem, cuius artifex et con-
sultor Deus.

V. In te Domine speraverunt patres nostri:

R. Et salvi facti sunt. Ps. 21.

Evangelium.

Ant. Per me et ipsum iuravi, dicit Dominus: *
Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae.

Gen. 22.

Lectio Hebr. 6.

Abraham promittens Deus, quoniam neminem
habuit, per quem iuraret, maiorem iuravit
per semetipsum dicens: nisi benedicens ben-
dicam, et multiplicans multiplicabo te:
et sic longanimiter ferens, adeptus est re-
promissionem.

V. Benedicentur in ipso omnes tribus terrae:

R. Omnes gentes magnificabunt eum. Ps. 71.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Lectio, Ps. 67. Hymnus et V. ut in II. Vesperis

Septuagesimo.

ad Magnif. ant. Vobis datum est, nosse myste-
rium regni Dei: et illis autem, qui foris sunt,
in parabolis omnia fiunt. et Luc. 9.

Feria II.

Lectio I.

De libro Genesis. cap. 22.

Tenavit Deus Abraham, et dixit ad eum: abra-
ham, Abraham. At ille respondit: adsum, alicui,
holocaustum tuum unigenitum, quem diligis
Isaac, et vade in terram visionis: atque ibi
offeret eum in holocaustum super unum

montium, quem monstraverō tibi. Igitur abraham de nocte confurgens stravit israhel suum, dicens secum duos juvenes, et israhel filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem proceperat ei deus. Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul, dixitque ad pueros suos: expectate hic cum a sino, ego et puer ille usque prosperantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. * Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super israhel filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit israhel patri suo: pater mi. at ille respondit, quid vis fili? tunc, inquit, ignis et ligna, ubi est victima holocausti? Dixit autem abraham: deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, et venerunt ad locum, quem ostenderat ei deus, in quo edificavit altare, et desuper ligna composuit. Cumque alligasset israhel filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, et arripuit gladium, ut immolaret filium suum. ¶ Et ecce angelus Domini de caelo clamavit dicens: abraham, abraham, qui respondit: adsum. Dixitque ei: non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi, quod times Deum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter. Levavit abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter repes herentem cornibus, quem aspiciens obtulit holocaustum pro filio. * Vocavit autem angelus Domini abraham secundo decalo dicens: per memet ipsum iuravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum.

icut Stellae caeli, et velut arenam, quae est in
 thoro maris: possidebit semen tuum portus
 inimicorum suorum. Et benedicatur in se-
 mine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti
 voci meo.

¶ Fide obtulit Abraham Isaac, cum tenta-
 retur, et est unigenitum offerrebat, qui sus-
 cepit repromissiones, arbitrans, quia ob-
 a mortuis suscitare potens est Deus. Et in
 tentatione inventus est fidelis, ideo iureiu-
 rando dedit illi gloriam in gente sua. et uni-
 genitum. Hebr. ii. Gal. 44.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de
 civitate Dei. l. 16. c. 12.

Tentatur Abraham de immolando dilectis-
 simo filio ipso Isaac, ut pia eius obedientia
 probaretur, seculis in notitiam proferenda,
 non Deo. atque enim omnis est culpanda ten-
 tatio, quia et gratulanda est, qua fit probatio.
 Et plerumque acriter animus humanus sibi
 ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi
 non verbo, sed experimento, tentatione quo-
 dammodo interrogante, respondeat: ubi si
 Dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc
 laudatur firmitate gratiae, non inflatur
 inanis iactantia. et nunquam sane credet
 Abraham, quod victimis Deus delectaretur
 humanis: quamvis divino in tonante procepto
 obediendum sit, non disputandum. et promissio-
 nem (autem Dei) pater pius fideliter tenens,
 quia per hanc (filium) oportebat impleri,
 quem Deus iubebat occidi, non hesitavit, quod
 sibi reddi poterat immolatus, qui dari po-
 tuit non speratus. Sic intellectum est in
 epistola ad Hebraeos, et sic expositum. addi-
 dit (autem): pro hoc etiam cum et in simili-
 tudinem adduxit. cuius similitudinem,
 nisi illius, de quo dicit idem apostolus: qui
 proprio filio non pepercit, sed pro nobis

omnibus tradidit illum! Propterea et Isaac,
sicut Dominus crucem suam, ita sibi ligna ad
victimae locum, quibus fuerat imponendus,
ipse portavit. Postremo quia Isaac occidi non
oportebat, postea quam est pater ferire pro-
hibitus, quis erat ille aries, quo immolato
impletum est significatio sanguine sacri-
ficii? et tunc quando eum vidit abra-
ham, cornibus in ~~se~~ fructice tenebatur.
quis ergo illo figurabatur, nisi Jesus, ante-
quam immolaretur spinis iudaicis coro-
natus?

Q. Abraham nonne ex operibus iustificatus
est, offerens Isaac filium suum super altare?

* quoniam fides cooperabatur operibus
illius, et ex operibus fides consummata est.

R. Credidit Deo, qui vivificat mortuos, et
non infirmatus est fide. * quoniam.

Jac. 2. Rom. 4.

Si plura sint dicenda de hoc. tunc erunt de hoc.
3. et 4. ex I. et 2. Dominicae precedentis.

Feria III.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 25.

Haec sunt generationes Isaac filii Abraham:
Abraham genuit Isaac. qui cum quadraginta
septem annorum, duxit uxorem Rebecam
filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, so-
rorem Laban. Deprecatusque est Isaac
Dominum pro uxore sua, eo quod esset
sterilis: qui exaudivit eum, et dedit con-
ceptum Rebecae. Sed collidebantur in utero
eius parvuli, quo ait: si sic mihi futurum
erat, quid necesse fuit concipere? * Berrexitque,
ut consulere Dominum, qui respondens
ait: duo gentes sunt in utero tuo, et duo
populi ex ventre tuo dividentur, populusque

opulum superabil, et maior serviet minori.
 am tempus parienti advenerat, et euege-
 mini in utero eius reperi sunt. qui prior
 egressus est, rufus erat, et totus in morem
 pelis hispidus, vocabiturque est nomen eius
 Esau. Protinus acter egrediens plantam
 fratri tenebat manu: et idcirco appellavit
 eum Jacob. 9. Sexagenarius erat Isaac, quan-
 do nati sunt ei parvuli. quibus aduclis fac-
 tus est Esau vir gnarus venandi, et homo
 agricola: Jacob autem vir simplex habitabat
 in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod
 de venatione illius vesceretur: et Rebecca
 diligebat Jacob. & Coxit autem Jacob pul-
 mentum: ad quem cum venisset Esau de
 agro lapsus, ait: da mihi decoctione hac
 rufa, quia oppido lapsus sum. Quam ob cau-
 sam vocabitur nomen eius Edom. Cui
 dixit Jacob: vende mihi primogenita tua.
 Esau respondit: en morior, quid mihi proderunt
 primogenita? ait Jacob: iura ergo mihi.
 Juravit ei Esau, et vendidit primogenita.
 Et sic suscepto pane, et lentis edulio comedit,
 et bibit, et abiit: parvipendens, quod primo-
 genita vendidisset.
 Q. Cum nondum nati fuerant, aut aliquid
 boni egissent, ut secundum electionem pro-
 positum dei maneret, & non ex operibus, sed
 ex vocante dictum est ei: quia maior serviet
 minori, sicut scriptum est. V. et nonne frater
 erat Esau Jacob, dicit Dominus: et dilexit Jacob,
 Esau autem odio habui. & non. Rom. 9. Nat. 1.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
 de civitate Dei. lib. 10. 35.

Iestiebant gemini adhuc in utero (Rebecca)
 inclusi: qua molestia cum angeretur, Do-
 minum interrogavit, accepitque responsum:

Duo gentes in utero tuo sunt, et duo populi
 de ventre tuo separabuntur, et populus popu-
 lum superabit, et maior serviet minori. quod
 Paulus apostolus magnum vult intelligi gra-
 tia documentum: quia nondum illis natis,
 nec aliquid a gentibus boni seu mali, sine
 ullis bonis meritis eligitur minor, maiore
 reprobato: quando procul dubio, quantum
 attinet ad originale peccatum, ambo pares
 erant; quantum autem ad proprium, iudicium
 eorum nullum erat. quod autem dictum
 est: maior serviet minori; nemo fere no-
 strum aliter intellexit, quam maiorem
 populum judaeorum minori populo chri-
 stiano servitutum. Et revera, quamvis in
 gente sumeorum, quo nata est de maiore,
 cui duo nomina erant: nam et Esau voca-
 batur et Edom, unde sumei; hoc videri
 potest impletum; quia postea superanda
 fuerat a populo, qui ortus est ex minore,
 id est israelitico, eique futura fuerat subiecta:
 tamen in aliquid maius intentam fuisse
 istam prophetiam, convenientius creditur.
 Et quid est hoc, nisi quod in judaeis et christia-
 nis evidenter impletur?

Ps. 112. Vires suis replebitur stuetus, et super eum
 erit vir bonus; innocens credit omni verbo. *
 stuetus ~~seco~~ tranquillus, et confidit. V. comedit
 et bibit, et abiit, paratipendens, quod primo-
 genita vendidisset. * stuetus. Prov. 19. Gen. 25.

Ps. 135. Apparuit Dominus Isaac, et ait:
 benedicentur in semine tuo omnes gentes
 terro: * eo quod obedieris abraham voci
 meo, et custodieris procepta et mandata mea.
 V. benedicam tibi et multiplicabo semen
 tuum, propter servum meum abraham.
 * eo quod. Gen. 26.

Ps. 113. Ero tecum et benedicam tibi: * com-
 plens iuramentum, quod proposui abraham

Patri suo. V. In Isaac eodem modo fecit
 omnia propter Abraham patrem eius,
 benedictionem omnium dedit illi. * complens.
 V. gloria. * complens. gen. 26. Eccl. 44.

Teria IV.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 27.

Benedicens (Isaac Jacob filio suo) ait: ecce
 odor filii mei sicut odor agri pleni, cui bene-
 dixit Dominus. Des tibi Deus de rore caeli
 et de pinguedine terro abundantiam fru-
 menti et vini. Et serviant tibi populi, et
 adorent te tribus: esto Dominus fratrum
 tuorum, et incurventur ante te filii matris
 tuae: qui maledixerunt tibi, sit ille maledictus,
 et qui benedixerit tibi, benedictionibus
 repleatur. * Vix Isaac sermonem imple-
 verat, et egrepro Jacob foras venit Esau,
 colosque de venatione cibos intulit patri
 dicens: surge pater mi, et comede de vena-
 tione filii tui, ut benedicat mihi anima
 tua. Dixitque illi Isaac: quis enim es tu?
 qui respondit: ego sum filius tuus primo-
 genitus Esau. Expavit Isaac stupore vehe-
 menti, et ultraquam credi potest, admi-
 rans ait: quis igitur ille est, qui dudum
 captam venationem attulit mihi, et comedi
 ex omnibus, priusquam tu venires? bene-
 dixitque ei, et erit benedictus. g. Auditis
 Esau sermonibus patris, irrugit clamore
 magno, et consternatus ait: benedictionem
 et mihi pater mi. qui ait. venit germa-
 nus tuus fraudulenter, et auget benedictio-
 nem tuam. Dominum tuum idem con-
 stitui, et omnes fratres eius servituti
 illius subjigavi; frumento et vino sta-
 bilivi eum. Et tibi post hoc, fili mi, ue-
 tra quis faciam? * cui Esau: num

unam, inquit, tantum benedictionem habes pater? mihi quoque, obsecro, ut benedicas. cumque circumlatu magno fletu, motus Isaac dixit ad eum: in pinguedine terro, et in rore caeli desuper erit benedictio tua. vias in gladio, et fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis.

¶ Esau cupiens hereditare benedictionem reprobatum est: * non enim invenit penitentiae locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. V. de quibus profanus (Sic) ut Esau, qui propter unam osam vendidit primitivam suam. * non. Hebr. 12.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
de civitate Dei. l. 16. c. 57.

Primalus maioris transfunditur in minorem ex parte et placito inter illos, eo quod lentius cibum minor paraverat, maior in moderatius concupivit, eoque pretio primogenita sua fratri, iuratione interposita, vendidit. Ubi discimus, in vescendo non cibi genere sed aviditate in moderata quaque culpandum. Senescit Isaac, cuiusque oculis per senectam visus auferitur. Vult benedicere filium maiorem, et pro illo nesciens benedicit minorem pro fratre maiore, qui erat pilosus, se paternis manibus supponentem, haedinis sibi pelliculis coaptatis velut aliena pecunia portantem. quis est in ista pericipienda benedictione dolus hominis sine dolo? Quis est dolus simplicis, que fuitio non mendicantis, nisi profundum mysterium veritatis? Benedictio igitur Jacob, predicatio christi est in omnibus gentibus. Hoc filii, hoc agitur, lex et prophetia est Isaac. Christus noster etiam ex ore Judaeorum, quamvis errantium, sed tamen

gem prophetasque cantantium bene dicitur,
 est, veraciter dicitur; et alius benedicti puta-
 ur, qui ab eis errantibus expectatur. Ene
 benedictionem promissam repetente maiore
 ex parte Isaac, et alium pro alio se benedixisse
 cognoscens miratur, et quisnam ille sit, per-
 cunctatur: nec tamen se deceptum esse con-
 queritur; imo confessim revelato sibi in his
 in corde magno sacramento deicit indigna-
 tionem, confirmat benedictionem. Quis
 non hic maledictionem potius expectaret
 irati, si hoc non superna inspiratione sed
 humano more gererentur? Tres gestas, sed pro-
 pheticas gestas; in terra, sed caelitus; per homi-
 nes, sed divinitus!

Q. Testamentum confirmavit Dominus
super caput Jacob, agnovit eum in benedictio-
nibus suis, * et dedit illi hereditatem, et di-
visit illi partem in tribubus duodecim. v.
Tide de futuris benedixit Isaac Jacob, * et dedit.
Lul. 44. Hebr. 11.

Q. D. Profugum ira fratris iustum sapientia
deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum
Dei, * et dedit illi scientiam sanctorum. v.
conservavit illi homines misericordis, misce-
nentes gratiam in oculis omnis carnis. *
et dedit. Sap. 10. Lul. 44.

Q. 4. Vidit Jacob Dominum dicentem sibi:
erit semen tuum, quasi pulvis terre: * et *
benedicentur in te, et in semine tuo cunctis
tribus terre. v. Non dixit: et seminibus,
quasi in multis; sed quasi in uno: et semini
tuo, qui est Christus. * bened. v. gloria.
* benedicentur. gen. 28. gal. 3.

Teria V.

Lectio 1.

De libro genesis. cap. 29. 40.

Joseph ductus est in egyptum; eratque
 eum Buliphar eunuchus Pharaonis, prin-
 cept exercitus, vir egyptius, de manu Ismaeli-
 tarum, a quibus perductus fuerat. Fuitque
 Dominus cum eo, et erat vir incunctis prospere
 agens, habitavitque in domo domini sui, qui
 optime noverat, Dominum esse cum eo, et
 omnia, quae gereret, ab eo dirigi in manu
 illius: inuenitque Joseph gratiam coram
 Domino suo, et ministrabat ei: a quo pro-
 positus omnibus gubernabat, creditam sibi
 domum, et universa, quae ei tradita fue-
 rant. * ait (autem) domina eius ad mari-
 tum) Ingressus est ad me seruus Hebraeus,
 quem adduxisti, ut illuderet michi: cumque
 audisset me clamare, reliquit pallium,
 quod tenebam, et fugit foras. His auditis
 Dominus, et nimium credulus verbis con-
 iugis, iratus est valde, tradiditque Joseph
 in carcerem, ubi vincti regis custodieban-
 tur, et erat ibi clausus. Fuit autem Do-
 minus cum Joseph, et misertus illius de-
 dit ei gratiam in conspectu principis car-
 ceris. qui tradidit in manu illius unives-
 sos vinctos, qui in custodia tenebantur,
 et quid quid fiebat, sub ipso erat. Et ce no-
 rat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus
 enim erat cum illo, et omnia opera eius
 dirigebat. ¶ Dixit (autem) Pharaon ad
 Joseph: quia ostendit tibi Deus omnia, quae
 locutus es, nunquid sapientiozem et
 confimilem tui invenire poterō? Tu
 eris super domum meam, et ad tui oris
 imperium cunctus populus obediet:
 uno tantum regni solio te procedam.
 Dixitque rursus Pharaon ad Joseph: ecce
 constitui te super universam terram
 egypti. Tulitque annulum suum de
 manu sua, et dedit eum in manu eius:
 vestivitque eum stola byssina, et collo

roquem auream circumposuit. & fecitque
 eum ascendere super currum suum secundum,
 clamante procone, sub omnes coram eo
 genua flecterent, et propositum esse farent
 universae terrae Aegypti. Dixit quoque rex ad
 Joseph: ego sum Pharaon: absque tuo imperio
 non movebit quisquam manum aut pedem
 in omni terra Aegypti. Verbisque nomen
 eius, et vocavit eum lingua Aegyptiaca
 Salvatorem mundi.

¶. et visitante eos virum, in servum venum-
 datus est Joseph. & humiliaverunt in compedi-
 bus pedes eius. V. Fratres vendiderunt Jo-
 seph Gamaelitis viginti argenteis, qui duxe-
 runt eum in Aegyptum. & humil. Gf. 104. Gen. 54.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 61. in genes.

Hoc omnia facta sunt in figuram futurorum,
 ut in umbra multo antea veritatis res descri-
 berentur. Et sicut. Et sicut Joseph ad fratres
 abiit invisum eos, et illi neque fraternitatem,
 neque ad ventus causam reveriti primum quidem
 de occidendo illo deliberabant, postea autem ven-
 diderunt barbaris: ita et Dominus noster suam
 servans misericordiam, ad venit invisus humanum
 genus, et suscepta nostrae formae carne dignatus
 fieri frater noster, sic ad venit. Sed ingrati iudei
 in vitam et corporumque medicum, innumera
 miracula quotidie patientem, occidere conati
 sunt, et opere compleverunt animo suo decre-
 tam eodem, ac crucifixi erunt eum, qui propter
 nostram salutem serui formam suscipere dig-
 natus est. Et isti quidem apprehensum, et cruci-
 fixum occiderunt: illi autem consulebant
 eundem, sed opere, quod consulebant, non
 impleverunt. Oportet autem figuram
 minus habere, quam veritatem, quia alio-
 quin non fuisset figura eorum, quae posthac

futura erant. Propterea illi quidem quasi in umbra prosignata sunt. Et considera negotium. Non occiderunt, sed vendiderunt, et vestem hodi sanguine inquinantes dederunt patri, persuadere volentes, occisum fuisse filium suum. Vides, omnia haec facta esse, ut quasi in umbra imago illa rerum fieret, et veritas custodiretur.

¶ S. Sapientia venditum iustum non dereliquit, descenditque cum illo in foveam; & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi scapulum regni. V. Nisi rex et solvit eum, constituit eum dominum domus suae, et principem omnis possessionis suae. * in vinculis. Sap. 10. Ps. 104.

Si plura dicenda sunt, ad duntaxat feria sequente.

Feria VI.

Lectio I.

De libro genesis. cap. 45. 46.

Dixit Joseph fratribus suis: ego sum Joseph: adhuc pater meus vivit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope, ego sum, ait, Joseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. * Biennium est enim, quod cepit fames esse in terra, et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti. Erat mihi quoque me Deus, ut reser vemi super terram, et escas ad vivendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universae domus eius,

ce principem in omni terra aegypti. 9.
 Festinate et ascendite ad patrem meum, et
 dicetis ei: hoc mandavit filius tuus Joseph:
 Deus fecit me dominum univ[er]sa terra
 aegypti, descende ad me, ne moreris. Et habi-
 tabis in terra Gessen, erisque juxta me tu, et
 filii tui, et filii filiorum tuorum, oves
 tue, et armenta tua, et univ[er]sa que
 possides. Et ibique te pascam, ne es tu percas,
 et domus tua, et omnia que possides. Dimisit
 ergo fratres suos, et proficiscentibus ait:
 ne irascamini in via. * Qui ascendentes
 ex aegypto venerunt in terram chanaan
 ad patrem suum Jacob. Et nuntiaverunt
 ei dicentes: Joseph filius tuus vivit, et ipse
 dominatur in omni terra aegypti. quo
 audito Jacob quasi de gravi somno evigilans,
 tamen non credebat eis. Illi contra refe-
 rebant omnem ordinem rei. cumque vidisset
 plaustra et univ[er]sa, que miserat, re-
 vixit spiritus eius, et ait: sufficit mihi,
 si adhuc Joseph filius meus vivit: vadam et
 videbo eum, antequam moriar. Profatusque
 est Israel cum omnibus, que habebat,
 venitque in aegyptum cum omni semine suo.
 R. Cum audisset Jacob, esse frumentum in
 aegypto, misit patres nostros primum: * et
 in secundo cognitus est Joseph a fratribus suis.
 V. et uno natus est ut Joseph, qui natus est
 homo princeps fratrum, firmamentum
 gentis, rector fratrum, stabilimentum
 populi. 4. in secundo. Act. 7. Euli. 49.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 65. in Gen.

Perpetua memoria commendatis, continuo
 in mente vestra versantes et cogitantes,
 quantum patientiam iusti sustinuerint,

quamque longanimitatem et fidem in promissionibus Dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea, quae post promissiones eveniebant: sed fidentes eius, qui promiserat, viribuli, omnia aequo animo ferebant, et propterea celebres et clarificati. Euc enim et iustus ille Josephum, postquam Iohannis luxit quasi mortuum, vidit regnum aegypti tenere: et admirabilis Joseph post servitutem, post carcerem, post alia omnia, quae sustinuit, principatum totius regionis suscepit. Et si adire voluerimus eas, quae in sacra scriptura continentur, historias, inveniemus omnes viribute praeditos per tentationes ingreptos, et sic magnum a Deo aspectus auxilium. Si ergo divinam nobis benevolentiam conciliare volumus, ne simus anxii in tentationibus, nec gravatim feramus, quae nobis obveniunt: sed magis gaudeamus et letemur fide corroborati, scientes nos hac ratione potissimum divina providentia futururos esse, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur.

R. Mittens Joseph avertit Jacob patrem suum, et omnem cognationem suam: et descendit Jacob in Aegyptum. V. Intra vit Israel in Aegyptum, et Jacob acola fuit in terra Cham. et. act. 4. Pf. 104.

R. B. Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, Descende in Aegyptum: et quia in gentem magnam faciam te ibi. V. Ego descendam tecum illuc, et ego inde adducam te revertentem. et quia. gen. 46.

R. 4. Dixit Jacob ad Joseph: et iam loquar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo. V. Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semen tuum. et iam. V. gloria. et iam. gen. 46. 48.

Sabbato.

De libro Genesis. cap. 49.

Vocavit autem Jacob filios suos, et ait eis: congregamini, ut annuntiem que ventura sunt vobis in diebus novissimis. Congregamini et audite filii Jacob, audite Israel patrem vestrum. Juda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Culculus leonis Juda, ad pradam fili mi ascendisti: requiescens accubivisti ut leo, et quasi leona, quis suscitavit eum? * Et non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem o fili mi spinam suam. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine urve pallium suum. Filius aurescens Joseph, filius aurescens et decorus aspectu: filii discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum, et iurgati sunt, invideruntque illi habentes jacula. * Sed in forti arcus eius, et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius, per manum potentis Jacob: inde pastor egressus est lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, et omnipotens benedicet tibi. Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium eternorum: fiant in capite Joseph, et in vertice clazarei inter fratres suos. * Omnes hi in tribus Israel duodecim: hoc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis. Et precepit eis dicens: ego congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici. Finitisque mandatis, quibus filios suos instruebat, collegit pedes suos super lectulum et obviit: appositusque est ad populum suum.

R. Benedixit Jacob filius Joseph, et ait: *
Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque
in presentem diem, benedicat pueris istis.
V. Fide Jacob moriens, singulos filiorum
Joseph benedixit. * Deus. gen. 48. Heb. 11.

Leitio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 67. in gen.

Considera justum, quomodo congregatis
liberis, natalium servato ordine unicuique
congruentem deus vel maledictionem vel
benedictionem. Benedictio Juda data
mystica est, prosignans omnia quae ad
Christum pertinent. quia ex hac tribu
exorturus erat Christus secundum dispen-
sationis rationem, propterea spiritu
sancto afflatus Jacob, praedixit per ea, quae
in Juda dicuntur, non solum descensum
Domini ad homines, sed et mysterium,
et crucem et sepulturam, et resurrectionem,
et sub semel dicam, omnia, Postea et tem-
pus quoque manifeste declarat, quod ad-
venturus sit Christus secundum dispen-
sationis rationem. Vide (autem) quomodo
nobis totum mysterium insinuavit. Sciunt,
qui initiati sunt, quod dictum est. Lavabit
in vino stolam suam. Stola pulcherrimum
dicitur, quod propter dispensationem ferre dig-
natus est. Deinde ut diligenter discas, vinum
quid appellavit, subdit: et in sanguine uero
amicum suum. Vide, quomodo sanguinis
nomine crucem nobis et occisionem significet,
et omnem mysteriorum dispensationem.

R. Fecerunt filii Jacob, sicut preceperat
eis, * et portantes eum in terram Cha-
naan, sepelierunt eum. V. Praecipit Ja-
cob dicens: sepelite me cum patribus meis in
spelunca duplici. * et. gen. 50. 49.

Re. 5. Locutus est Joseph fratribus suis: post mortem meam Deus visitabit vos, et ascen- dere vos faciet de terra ista: & asportate opa mea vobiscum de loco isto. V. Fide Joseph moriens de profectione filiorum Israel me- moratus est, et de opibus suis mandavit. & asportate. gen.

Re. 4. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis re promissionibus, sed a longe eas aspicientes, et confitentes: & quia pere- grini et hospites sunt super terram. V. Tran- sierunt de gente ingentem, et de regno ad populum aetherum. & quia. v. gloria. & quia. Hebr. ii. j. Paral. 16.

Ad vesperas. Duplex. antiphona de psalterio.

LECTIO Hebr. ii.

Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens af- fligi cum populo Dei, quam temporalis pecuniae habere iucunditatem.

Re. 6. Hymnus et V. ex sabbato ante sep- tuagesimam.

Ad Magnif. ant. Moyses dilectus Deo et ho- minibus: & cuius memoria in benedictione est. Ecdi. 45.

Oratio sac. Greg.

Orces nostras, quo sumus Domine, clem- ter exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos adversitate custodi. Per Dominum.

Dominica
in

Quinquagesima.

Dupl. mai. 12. lect.

Ad vigiliis nocturnas.

Invit. et Hymnus ut in septuagesima.

Lectio I.

De libro Exodi. cap. i.

Joseph mortuo et universis fratribus eius, omnique cognatione illa, filii israel creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleverunt terram. Surrexit interea rex novus super egyptum, qui ignorabat Joseph: et ait ad populum suum: ecce populus filiorum israel multus est, fortior nobis est. venite sapienter opprimamus eum. Precepit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus. quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur et crescebant. Precepit ergo Pharaon omni populo suo dicens: quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quidquid feminini reserveate.

¶ Cum appropinquaret tempus promissionis, quam confectus erat deus abraham, crevit populus et multiplicatus est: & quoadusque surrexit alius rex, qui non sciebat Joseph. & ait ad dominum populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos eius. & quoadusque.

act. 7. Cf. 104.

Lectio II. cap. 2.

Egressus est post hoc vir de domo dei, & aucepit uxorem stirpis sue, quae concepit et peperit filium: et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam stirpem, et linivit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum, et exposuit eum in caeculo ripae fluminis, stante procul sorore eius, et considerante eventum rei. Ecce autem descendeat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine: et puella eius gradiebantur per crepidinem alvei. quae cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis, et aliam aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserat ei us ait: de infantibus Hebraeorum est hic.

¶ Fide Moyses natus, occultatus est mensibus
tribus a parentibus suis, eo quod vidisset eum
cum infantem: & et non timuerunt regis edictum.

¶ Et alius est Moyses, et fuit gratus deo, qui
natus est tribus mensibus in domo patris sui.
& et non. Hebr. ii. act. 4.

Lectio III.

Cui soror pueri, vis, inquit, ut vadam et vocem
tibi mulierem Hebraeam, que nutrire possit
infantulum? Respondit: vade. Berrexit puella
et vocavit matrem suam, ad quam locuta fi-
lia Pharaonis: accipe, ait, puerum istum, et nutri
michi: ego dabo tibi mercedem ~~et~~ tuam. Sus-
cepit mulier, et nutritiit puerum, ad quemque
tradidit filie Pharaonis, quem illa adoptavit
in locum filii, vocavitque nomen eius Moyses,
dicens: quia de aqua tuli eum.

¶ Exposito illo sustulit eum filia Pharaonis,
et nutritiit: & et eruditus est omni sapientia
Egyptiorum, et erat potens in verbis et in ope-
ribus suis. ¶ Adoptavit eum in locum filii,
vocavitque nomen eius Moyses. & et. act. 4. exod. 2.

Lectio IV.

In diebus illis postquam creverat Moyses, e-
gressus est ad fratres suos: viditque afflictionem
eorum, et virum Egyptium percussentem
quemdam de Hebraeis fratribus suis, cumque
circumspexisset huc atque illuc, et nullum ad se
vidisset, percussum Egyptium abscondit subulo.

¶ Egressus die altero compressit duos Hebraeos
rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam:
quare percussis proximum tuum? qui respondit:
quis te constituit principem et iudicem super
nos? numquid videre me tu vis, sicut heri audisti
Egyptium? Timuit Moyses et ait, quomodo
salvum factum est verbum istud? et audivitque
Pharao sermonem hunc, et querebat occidere
Moysem: qui fugiens, de conspectu eius, moratus
est in terra Madian.

¶ Cum impleteretur Moyse quadraginta an-
norum tempus, ascendit in cor eius, ut inisset

fratres suos filios Israel: & existimabat autem
intelligere fratres, quoniam Deus per manum
ipsius daret salutem illis. V. Fide Moyses grandis
factus negavit se esse filium filie Pharaonis.
& exist. v. gloria. exist. act. 4. Hebr. ii.

In II. nocturno.

Lectio V.

De expositione sancti Cyrilli Episcopi ale-
xandrini. l. i. glaphyr. in Exod.

Ea, quo de Moese scripta sunt, in typum ac pro-
figurationem salutis, quo nobis per Christum
collata est, referenda sunt. Vide (igitur) quomodo
cum masculis omnibus insidias moliri iussisset
Pharao, mulier quidem, quo pepererat, occultat
infantem; demittens vero deinceps et includens
fiscella scirpea reponit illum in arculam, et
abiecit in lacum: mox tamen ipsum recipit in
ipsis aquis inventum persecutoris ipsius filia.
(Sic) Emmanuel latuit quidem in initio prin-
cipem mundi; postquam autem pervenit ad
etatem, tunc synagoga, quo ipsum peperit, in-
flamata ad eodem patrandam conclusit eum
in sepulcrum. Sed Pharaonis filia, hoc est,
eulepsia gentium, etsi patrem satanam habuerit,
invenit ipsum ad aquas, quo typum gerunt
sancti baptismi, per quem et in quo Christus
reperitur.

R. Maiores divitias estimans thesauro
Egyptiorum improprium Christi, fide re-
liquit Egyptum: & aspiciēbat enim in re-
munerationem. V. Fugit Moyses et factus
est advena in terra Madian. & aspiciēbat.
Hebr. ii. act. 4.

Lectio VI.

Moyses iam ad ductus exivit ad fratres suos. Ve-
rus si quidem est divinus Paulus ita scribens:
quando venit plenitudo temporis, misit Deus
Filium suum. Egredius est igitur ad fratres suos,
hoc est, ad filios Israel. Ipsorum enim sunt

promissiones, ipsorum item patres, quibus
 promissiones facte sunt. Unde et ipse dixit:
 non sum misus, nisi ad oves perditas domus
 Israel. Verum enimvero cum reperisset non
 nullos gravi atque intoleranda tyrannide
 oppressos: misuetabat enim eis produbundus
 satanas: liberare contendit, atque ab omni
 afflictione vindicare. cumque interfecisset
 quodam modo eum, qui nos iniuria afficiebat,
 occuluit in terra, hoc est, in subterraneis parti-
 bus constituit, concludens in infernum. Hoc
 enim epe censeo, mortuum aegyptium in sabu-
 lo abscondere.

¶ Cum vidisset quemdam iniuriam pa-
 tientem, vindicavit illum: & fecit ultionem
 ei, qui iniuriam sustinebat. V. cum nullum
 ad se vidisset, percussum aegyptium abscondit
 sabulo. & fecit. act. 7. Exod. 2.

Lectio VII.

Moses accusabatur, quod occidisset aegyptium,
 qui tamen afflixerat, atque vexerat, et into-
 lerabili vi Hebræorum greges oppreperat. Chri-
 stus autem cum malos demones in abyssum
 coniceret, atque a tyrannide, quam in nos exer-
 cebant, etiam in vitios prohiberet, nimirum
 expellendo ab eis, quos vexabant, iam aliqui
 deo maiori admirationi epe deberet, tamen
 cavillatorum criminationem non subterfigit.
 Ausi enim fuerunt dicere, prodigiorum di-
 visionem veritates in accusationem: iste non
 occidit demonia, nisi in seculis rebub principe
 demoniorum.

¶ Explebis annis quadraginta appa-
 ruit Moysi in deserto montis sina ange-
 lus in igne flamo rubi: & Moysi autem
 videns admiratus est visum. V. appa-
 ruit ei Dominus, et videbat, quod rubus
 arderet, et non combureretur. & Moyses.
 Act. 7. Exod. 3.

De puero igitur in infernum satana, homi-
 nibusque ab ipsius tyrannide liberatis, vocavit
 deinceps ad nobilitatem virtutis. Verum propter
 que admiratione dignus videbatur, ob hoc
 ipsa inspie deus necessario emigravit re-
 licta iudea, in qua tamen secundum carnem
 natus erat, et si secundum veritatem iudeus
 non esset, ut ipse verbum: sed e supernis, et
 e coelo, et ex batre: ut fere etiam divinus
 Moyses natus quidem fuit in egypto, sed erat
 Hebraeus ex Hebraeis, paternam radicem no-
 bilem ac sanctam habens. Ideoque cum ipsi,
 qui cognati ipsi erant, vexarent eum probris,
 et quo pro ipsis suscepta erant, summo opere
 calumnia rentur, concepit demum in Madian,
 regionemque alienigenarum frequentavit.
 Discepit igitur Moyses ex egypto in Madian:
 eodem modo et Christus ex iudea in galileam.
 R. Clamor filiorum israel venit ad me,
 vidique afflictionem eorum; sed veni et
 mittam te ad Pharaonem: * ut educares po-
 pulum meum filios israel de egypto. &
 Hunc Moysen, quem negaverunt, deus prin-
 cipem et redemptorem misit. * ut. l. gloria.
 * ut. Exod. 3. ad. 7.

In III. nocturno.

Ant. In te Domine speraverunt patres nostri,
 speraverunt et liberaisti eos: * ad te clamave-
 runt, et salvi facti sunt. Ps. 21.

Cantica et l. De b. fac. berio.

Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. 11.

Christo passio in carne et vos eadem cogitatione
 armamini: quia qui passus est in carne, id est
 a peccatis: ut iam non desideris hominum,
 sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne
 vivat temporis. Sufficit enim pro teritum

tempus ad voluntatem gentium consumi-
mandam, his qui ambulaverunt in luxuriis,
desideriis, vinalentibus, conuersionibus, po-
tationibus et illicitis idolorum cultibus,
in quo admirantur non concurrentibus
vobis in eadem luxurie confusione
blasphemantes. Qui reddent rationem ei,
qui paratus est iudicare vivos et mortuos.

R. Dixit Dominus Moysi: vide, ut omnia
ostenta facias coram Pharaone: * ego indurabo
cor eius, et non dimittet populum.

V. Deus cuius vult miseretur, et quem vult,
indurat. Exod. 4. Rom. 9.

Lectio X.

Propter hoc enim et mortuis evangelizatum
est: ut iudicentur quidem secundum homi-
nes in carne, vivant autem secundum Deum
in spiritu. Omnium autem finis appro-
pinquat. Estote itaque prudentes, et vigi-
late in orationibus: ante omnia autem
mutuam in vobis et ipsis charitatem
continuam habentes, quia charitas operis
multitudinem peccatorum.

R. Dicit scriptura Pharaoni: quia in hac
ipsum excitati, ut ostendam in te virtutem
meam, * et ut annuntietur nomen meum
in uniuersa terra. V. Ego induravi cor eius,
et seruum illius, ut faciam signa mea in
eo. * ut. Rom. Exod. 10.

Lectio XI. cap. 5.

Omnes autem invicem humilitatem infi-
muete, quia deus superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam. Humiliamini igitur
sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in
tempore visitationis, omnem sollicitudi-
nem vestram proicietes in eum, quoniam
ipsum cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate,
quia adversarius uester diabolus tamquam
leo rugiens circum, quoniam quem deuoret:

cui resistite fortes in fide, scientes eandem
passionem ei, quo in mundo est, vestro fra-
ternitati fieri.

R. Nunc videbis, quo facturus sum tharao-
ni: & per manum eorum fortiter dimittet eos,
et in manu robusta eiciet illos de terra sua.

V. Ecce ego ad tharaonem regem aegypti,
et comminuam brachium eius. & per manum.
Exod. 6. Ezech. 30.

Letitio XII.

Deus autem omnis gratie, qui vocavit nos
in eternam suam gloriam in christo Iesu,
modicum pavor esse ipse perficiet, confir-
mabit, solidabitque: ipsi gloria et imperium
in secula seculorum, amen. Per Silvanum
fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter
scripsi: obsecrans et contestans, hanc esse
veram gratiam Dei, in qua statis. Salu-
tate vos Eclesia, quo est in Babylone collecta,
et Marcus filius meus. Salutate invicem
in osculo sancto. gratia vobis omnibus, qui
estis in christo Iesu. amen.

R. Nisi Deus Moysen seruum suum,
Aaron quem elegit ipsum: & posuit in eis
verba signorum suorum, et prodigiorum
in terra chani. *V.* Ingressi Moyses et Aaron
ad tharaonem, fecerunt sicut preceperat
Dominus. & posuit. *V.* gloria. & posuit.
Ps. 104. Exod. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 18.

In illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim,
et ait illis: ecce ascendumus Ierosolymam, et
consummabuntur omnia, que scripta per pro-
phetas de Filio hominis. Tradetur enim gen-
tibus, et illudetur, et flagellabitur, et con-
spuetur: et postquam flagellaverint, occident
eum, et tertia die resurget. Et ipsi nihil ho-
rum intellexerunt, et erat verbum istud

absconditum ab eis, et non intelligebant,
 quo dicebantur. Factum est autem, cum
 appropinquaret Jericho, cecus quidam sede-
 bat secus viam, mendicans. Et cum audiret
 urbem protereuntem, interrogabat, quid
 hoc esset. Dixerunt autem ei: quod Jesus
 Nazarenus transiit. Et clamavit dicens:
 Jesu fili David miserere mei. Et qui proibant,
 increpabant eum, ut taceret. Ipse vero mul-
 to magis clamabat: Fili David miserere mei.
 Stans autem Jesus, iussit illum adduci ad se.
 Et cum appropinquaret, interrogavit illum
 dicens: quid tibi vis faciam? At ille dixit:
 Domine, ut videam. Et Jesus dixit illi: respi-
 ce, fides tua te salvum fecit. Et confestim
 vidit, et sequebatur illum magnificans
 eum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem
 Deo.

Ad laudes matutinas et horas.

Antiphona de Psalterio. Lectio R. br.
hymnus et V. ex Dominica septuagesimo.

Ad Bened. ant. Euc ascendimus Jerosolymam,
et consummabuntur omnia, & que scripta
sunt per prophetas de Filio hominis. Luc. 18.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Primam.

Ant. Peregrinum erit semen tuum in terra
non sua: & subiciet eos servituti, et
affliget eos. gen. 15.

Ad Tertiam.

ant. Gentem cui servituri sunt, ego iudica-
bo: & post hoc egradiantur. gen. 15.

Lectio offa. 52.

Hoc dicit Dominus Deus: in egyptum des-
cendit populus meus in principio, ut colonus
esset ibi: et aspur absque ulla causa calum-
niatus est eum.

V. Populum tuum Domine humiliaverunt:
R. Et hereditatem tuam vexaverunt. Ps. 93.

Ad Sextam.

ant. Eril Dominus vobiscum: & redu-
cetque vos ad terram patrum vestrorum.
gen. 28.

Lectio Exod. 6.

Sicilis quod ego sum Dominus Deus vester,
qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum:
et induxerim in terram super quam le-
vavi manum meam, ut darem eam
Abraham, Isaac et Jacob: ego Dominus.
V. qui malignantur, exterminabuntur:
R. Sustinentes autem Dominum ipsi he-
reditabunt terram. Ps. 36.

Ad Nonam.

ant. In propheta eduxit Dominus Israel de
Aegypto: & in propheta servatus est. Is. 12.

Lectio Exod. 6.

Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, et
dedit mandatum ad filios Israel, et ad Pharao-
nem regem Aegypti, ut educeret filios Israel
de terra Aegypti.
V. Deduxisti sicut oves populum tuum Domine:
R. In manu Moysi et Aaron. Ps. 76.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas. Lectio. Ps. 67. hymnus
et V. ex II. Vesperis Septuagesimo.

Ad Magnif. ant. Cecus sedebat iuxta
viam, et clamabat: & Fili David misere
mei. Marc. 10.

Feria II.Lectio I.

De libro Exodi. cap. 11. 12.

Vixit Dominus ad Moysen: adhuc una
plaga langam Pharaonem et Aegyptum,
et post hoc dimittet vos, et exire compellet.
Et ait (Moyses) hoc dicit Dominus: media
nocte egrediar in Aegyptum, et morietur

more primogenitum in terra Aegyptiorum
 primogenito Pharaonis, qui sedet in solio
 eius, usque ad primogenitum ancillae, quae est
 ad molam, et omnia primogenita iumentorum.
 Eratque clamor magnus in universa terra
 Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea fu-
 turus est. & Descendentque omnes seruiti isti
 ad me, et adorabunt me dicentes: egredere tu, et
 omnis populus, qui subiectus est tibi: post hoc
 egrediemur. Et exiit a Pharaone iratus nimis.
 Dixit autem Dominus ad Moysen: non audiet Pharaon,
 ut multa signa fiant in terra Aegypti.
 et Moyses autem et Aaron fecerunt omnia ostenta,
 quae scripta sunt, coram Pharaone. Et indura-
 vit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios
 Israel de terra sua. 9. Factum est autem
 in noctis medio, percussit Dominus omne
 primogenitum in terra Aegypti, a primoge-
 nito Pharaonis, qui in solio eius sedebat,
 usque ad primogenitum captivo, quae erat
 in carcere, et omne primogenitum iumento-
 rum. Surrexitque Pharaon nocte, et omnes
 servi eius, cunctaque Aegyptus, et ortus est
 clamor magnus in Aegypto: neque enim erat
 domus, in qua non iaceret mortuus. & Voca-
 tisque Pharaon Moysen et Aaron nocte ait:
 Surgite et egredimini a populo meo, vos et
 filii Israel, ite, immolate Domino sacrificia.
 Cves vestras et armenta spumite,
 ut petieratis, et abeuntes benedicite mihi.
 Habitatio autem filiorum Israel, qua man-
 serunt in Aegypto, fuit quadringentorum
 triginta annorum. quibus expletis eadem
 die egrepsit omnis exercitus Domini de
 terra Aegypti.

10. Dixit Dominus. ex III. et VII. Dominus praed.
 si plura sint dicenda R. 2. tunc R. 2. et hinc
 videbis. et R. 3. nisi Deus. ex eodem noctu-
 no. et R. 4. ut infra.

Leitio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de
catechizandis rudibus. cap. 20.

Populus delatus in Aegyptum seruituti regi
Egiptio, et gravissimis laboribus eru-
ditus quo fuit liberatorem Deum. Amis-
sus est eis unus de ipso populo, sanctus Dei
Seruus et Moyses, qui in virtute Dei magnis
miraculis terrenis tunc in ipsam gentem
Aegyptiorum, eduxit inde populum Dei per
mare rubrum, ubi discedens aqua viam
probuisset transeuntibus: Aegyptii autem
cum eos persequerentur, rediens in se
in se fluctibus demersi exstincti sunt. Ita
quemadmodum per diluuium aquis terra
purgata est a nequitia peccatorum, qui
tunc in illa inundatione delati sunt, et
iusti euaserunt per lignum, sui ex Aegypto
exiens populus Dei per aquas iter inuenit,
quibus ipsorum hostes consumpti sunt.
Nec ibi defuit ligni sacramentum: nam
virga percussit Moyses, ut illud miraculum
fieret. utrumque signum est et a nobis
baptismi, per quod fideles in novam vitam
transeunt, peccata vero eorum tamquam
inimici delentur atque moriuntur.
Aperitur autem Christi passio in illo populo
figurata est, cum iussi sunt ovem occidere,
et manducare, et de sanguine eius postes
suos signare, et hoc celebrare omni anno,
et appellare pascha Domini. Manifestissime
quippe propheta de Domino Iesu Christo
dicit, quia tamquam ovem ad immolandum
ductus est.

R. Sapientia populum iustum et senem
sine querela * liberavit a nationibus, quod

illum deprimabant. V. Reddidit iustis mercedem laborum suorum, et reduxit illos in via mirabili. & liberavit. Sap. 10.

Feria III.

Lectio I.

De libro Numerorum. cap. 14.

Dixit Dominus ad Moysen: omnes homines, qui viderunt majestatem meam, et signa, quae feci in Aegypto et solitudine, et tentaverunt me iam per decies vias, ne obedierunt voci meae, non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis, qui detraxit michi, intuebitur eam. & Locutusque Dominus Dominus ad Moysen et Aaron dicens: usquequo multitudo haec per prima murmura contra me? querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis: vivo ego, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me, ita faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis et supra, et murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem. ¶ Parvulos autem vestros, de quibus dixistis, quod prode hostibus forent, introducam: ut videant terram, quae vobis displicuit. Vestra cadavera iacebunt in solitudine. Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, et portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto, juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur. & Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, et scietis unctionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic

pepimo, quo confluxit ad uersum me in
solitudine hac deficiet et morietur. lo-
cutusque est Moyses uniuersa uerba haec ad
omnes filios Israel; et luxuriosus populus nimis.

R. Adduxi uos quadraginta annis per de-
sertum: * non sunt attrita uestimenta
uestra, nec calceamenta pedum uestrorum
uulstata consumta sunt. V. Ego sum, qui
ascendere uos feci de terra Aegypti, et duxi
uos in deserto quadraginta annis. * non.
Leuit. 29. Amos. 2.

Si dicenda sint plura R. tunc erit

R. 2. Pro nihilo habuerunt terram de-
siderabilem, non crediderunt uerbo eius,
et murmurauerunt in tabernaculis suis: *
non exaudierunt uocem Domini. V. et obue-
runt obedire patres nostri sed repulerunt,
et auersi sunt cordibus suis in Aegyptum.
* non. Ps. 105. act. 7.

R. 3. Quadraginta annis offensus fui
generationi illi, et dixi: * semper hi er-
rant corde, et non cognouerunt uias meas.
V. Quibus autem inferus est quadraginta
annis? nonne illis, qui peccauerunt? * sem-
per. Ps. 94. Hebr. 5.

Lectio II.

Sermo sancti Cosarii Episcopi arelatensis.

Serm. 29. Inter opera S. August. append. Tom. V.

Sic et intelligere debemus, fratres dilectis-
simi, quia senior populus Iudeorum, qui
propter incredulitatem in deserto mortuus
est, significauit priorem populum Iudeorum:
paruuli uero eorum, id est, iunior populus,
figurauit populum gentium. Si uenim
seniore populo mortuo iunior terram
re promissionis accepit: ita reprobato Iudeo-

cum populo iuniori populus christianorum
 gratiam divina benedictionis obtinuit.
 Tamen fratres charissimi! non transito-
 rie vel negligenter, sed cum ingenti tremore
 considerandum est, quia ^{de} sexcentis millibus
 in tantum terram re promissionis ingre-
 suti. (Hoc) cum grandi semper metu et solli-
 citudine cogitemus, et sic amemus dei mise-
 ricordiam, ut tamen justitiam timeamus.
 Baril modo taceat, sed non semper tacebit.
 Hodie enim pro ineffabili pietate sua non
 solum nos admonet, sed etiam rogat, ut nos
 a peccatis mortiferis revocemus. Audiamus
 illum, dum rogat; ne nos postea non audiat
 ille dum iudicat. Cuius enim non exprobrat
 et mectuat, quod pro quadraginta dierum
 spatio annis quadraginta populus iudeorum
 poenam recipere meruit in eremo? Si enim
 pro unius diei culpa unius anni spatium
 recompensandum est poena; nos, qui tanta
 quotidie peccata committimus, si elemosy-
 narum vel poenitentia non subvenerint
 medicamenta, timeo ne nobis non inferan-
 tur temporalia, sed aeterna supplicia.

R. Intelligite hoc, qui obliviscimini Deum: *
 ne quando rapiat, et non sit, qui eripiat.

V. Hodie si vocem Domini audieritis, nolite
 obdurare corda vestra, sicut in iritatione
 secundum diem tentationis in deserto. *
 ne quando. Ps. 49. 94.

Explicit Pars Hyemalis.